# Reformatorische

# Schriften.

*Randleiste des Titelblattes der Kirchenordnung von 1547.*

# I.

# Die Vorreden zu den Auszügen aus Augustin.

## 1.

## AD SERENISSIMAM PRINCIPEM ET DO. DOMINAM ISABELLAM, DEI GRATIA REGINAM VNGARIAE, DALMATIAE, CROATIAE ETC., IO. HONTERI C. IN SENTENTIAS DIVI AVGVSTINI PRAEFATIO.

M. D. XXXIX.

Cum forte incidissem in opera divi Augustini, Serenissima Regina, librosque, quos posteritati plurimos reliquit, obiter evolverem, sententias aliquot instar aphorismorum ex omnibus illius et qui illi tribuuntur libris per studiosum aliquem decerptas offendi; quas cum semel atque iterum diligentius inspexissem, haud mediocrem animo cepi voluptatem: partim quod eos, qui maiorum rerum curis occupati non satis otium lectionibus suppeditare possunt, non parva difficultate per unius hominis industriam exornatos advertebam, partim vero quod de plerisque Christianae religionis negotiis constantem nobilissimi scriptoris demirarer sententiam. Quoniam autem id genus studii maxime decet excelsa ingenia et in eo S. M. T. perlibenter versari cognovi, operae pretium facturus mihi videbar, si tam nobile enchiridion auspiciis eiusdem S. M. T. in communem usum evulgarem: nam et eo nomine studiosis pergratum et ob auctoris sinceritatem non infrugiferum sperabam futurum. Et quamquam veritatis cultoribus evangeliorum testimonia abunde sufficiant, ne tamen quisquam a Christo nobis relictam ordinationem novitatis nomine per imprudentiam condemnet, proferendus erat scriptor et antiquitate et sanctitate venerandus: cuius probatissimo testimonio

complures intellecturos confidebam, quam inique nonnulli per receptas alicubi consuetudines subvertere laborent auctoritatem verborum Dei, dum bonis (ut vocant) intentionibus exigunt ea, quae Deus nunquam praecepit, et praetextu scandali confictarumque seditionum aliter Deum colendum docent, quam ipse coli voluit. Qua quidem in re vix satis mirari possum inconstantes spiritus istorum, qui maiestate divinae voluntatis praeter modum extenuata non modo negant ad salutem necessarium, verum etiam prohibent tamquam superfluum et quasi ad lusum nobis traditum praeceptum Dei, interim tamen rigidissime servandas contendunt adinventiones hominum, quae per ignorantiam melioris oboedientiae in usum repentes neque facientem Deo commendant, neque negligentem condemnant. Omnino enim Deus non vult alieno arbitratu coli aut quibuslicet exceptionibus mandatum voluntatis suae praetermitti. Nec ideo Christus descendit in mundum et annuntiavit nobis omnia, quaecumque audivit a patre, ut post ipsum alius sapientior diversam vivendi formam hominibus praescriberet: scimus enim, quod mandatum Dei est vita aeterna. Frustra autem Deum colunt docentes doctrinas mandata hominum; nec omnis qui dixerit: Domine, domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui fecerit voluntatem patris, qui in caelis est. Qui vero tantum labiis appropinquant Deo et orant, ut fiat voluntas eius, corde autem tergiversantes illam odio habent et impediunt, tales merito Christus non agnoscet. Nec liberabit quenquam ex carnali affectu per inscitiam concepta intentio: bonam enim intentionem habet, qui quod faciendum est, recte intellegit et facit. Bonum autem intendere et malum facere, pertinax animi malitia est, quae veniam non merebitur apud iustum iudicem, sed duplicabitur peccatum, in quo et impietas et simulatio inest. Nam quod sibi blandiuntur in sententiis quibusdam ex prudentia carnis contra verbum Dei excogitatis, turpissime semet ipsos decipiunt: non enim refert, quid sibi quisque pro consolatione fingat et imaginetur; fallax enim est spes ex propria imaginatione concepta, et ad nostras opiniones nihil unquam sequetur. Aeterna autem et incommutabilis est voluntas Dei nec consilio alternante variatur, eaque nobis in utroque testamento clarissime proposita est, ut sciamus et certe simus, quid credendum

faciendumve sit nec per innumeras doctrinas diversis opinionibus dubii circumferamur: fides enim Christiana non consistit in opinionibus, sed in cognitione veritatis, quae est verbum Dei. Ceterum qui illo neglecto spontaneam ignorantiam praetendunt suae contumaciae aut obstinatos cunctatores exspectandos putant, minime excusabuntur. Nam quisquis scire tenetur: etiamsi ignoraverit et plagis digna fecerit, iuste vapulabit, quia et ipsa ignorantia in iis, qui intellegere noluerunt, sine dubitatione peccatum est, in iis autem, qui non potuerunt, poena peccati. Ergo in ipsis non est excusatio, sed iusta damnatio. Nec caecitas ducentis liberabit a perditione caecum comitem: et cunctator si cunctatorem expectaverit, neuter perveniet ad palmam. Verum eiusmodi corruptae persuasiones maxime proveniunt ex fermento eorum, qui parum idonei vix aliam ob causam rebus sacris praeficiuntur, quam ut satisfaciant consuetudinibus. Atque hi verbis quidem fingunt se cupere salutem omnium, factis autem produnt insignem malevolentiam suam, dum sub nomine scandali et seditionum callide prohibent mandatum Dei ac scandaloso contagio sic inficiunt animos simplicium, ut existiment, se nihil prorsus ad salutem opus habere iis, quibus maxime indigent. Quanquam et si quis observatione praeceptorum Dei ruditatem alicuius offendat, iure culpari non possit. Exsecrabilis enim est dilectio proximi, per quam Deus contemnitur et mandata eius negleguntur. Utilius autem scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur. Sed et si quod scandalum ex veritate nascitur, cedit in perniciem eorum, qui illud inde accipiunt, ubi nullum datur. Quoniam pax multa diligentibus legem dei, et non est illis scandalum: osores autem praeceptorum Dei et ipsi sunt scandalum, et ipsis omnia scandalosa. Enimvero qui virulentis conviciis odium conciliant veritati et institutionem Christi seditionis nomine calumniantur, ex solis benedictionibus et maledictionibus Mosi[s] facile redargui possunt. Nam quicquid incommodorum rebus pub[licis] unquam accidit, novitas ab hominibus contra Deum inventarum religionum in causa fuit. Non enim Helias impios cultus aversando peccaverat, sed insania Baalitarum effecit, ut non plueret dominus super faciem terrae, donec plenissime vindicatum esset in sacrilegos prophanatores testamenti Dei. Nec subversio venit super

Iudaeam et Ierusalem propter praedicatum a Christo regnum caelorum, sed quod tum, cum praedicabantur quae pacis erant, seducti ab impiis pontificibus et pharisaeis noluerunt agnoscere tempus visitationis suae; atque ita Romani, quos superstitiose timebant, funditus exstirpaverunt ridiculos istos pacis amatores. Quapropter utcumque manus Dei versaverit sortem nostram, ex observatione eorum, quae Deus praecepit, nihil adversi timendum: quoniam cum placuerint domino viae hominis, etiam inimicos convertet ad pacem cum eo; sin autem displicuerint, etiam amicos eius concitabit contra eum ad inimicitias. Videndum itaque, ne credamus cuilibet spiritui, sed probemus, utrum ex Deo sint; facile enim in angelum lucis sese transformat satanas et speciem pietatis interdum prae se fert abominanda blasphemia. Nec frustra toties praedictus est plenus doli et figmentorum antichristus. Quin et bestiam esse tradit liber apocalypseos, quam admirati sunt et adoraverunt omnes habitantes in terra, quorum nomina non sunt scripta in libro vitae. Difficile tamen inter tot zizania bonum semen dinoscere, nisi ad praescriptum verbi Dei omnia probemus, huic soli constanter adhaereamus; siquidem et Deus ipse praecepit, nihil ad verbum suum addendum, nihil auferendum ex eo: non declinandum ab illo ad dextram neque declinandum ad sinistram. Hinc et psalmographus maledictos vocat, qui declinant a mandatis Dei, et apostolus anathemate devovet eos, qui diversam ab evangelio suo doctrinam hominibus annuntiant. Et speramus adhuc, quod omnem hypocrisin suo tempore dominus proferet in lucem et cuiuslibet opus quale sit, ipse declarabit. Cavendum interim, vigilandum ac precandum, ut liceat effugere versutias, quas nunquam dormiens per suos ministros callide machinatur satanas, ne fumum fugientes incidamus in flammam. Satis praedictum est omnibus: intelligant, quibus datum est.

## 2.

### REVERENDISSIMO DOMINO DO. IOANNI ESSEKIO QVINQVEECCLESIENSI EPISCOPO OPTIME MERITO AC REGIAE MAIESTATIS CONSILIARIO ETC. IO. HONTERVS CO. SVI COMMENDATIONEM.

M. D. XXXIX.

Inter pestes Christianae religionis haud postrema est bellua multorum capitum, prudentia carnis, quae ex ambitione et avaritia vires adepta quam plurimos secum praecipites in exitium traxit: dum neglecto verbo Dei iuxta similitudines visionis oculorum in dies novas sententias ex proprio cerebro comminiscuntur, in quibus excaecati in tantum sibi blandiuntur ac placent, ut etiam sacrarum scripturarum auctoritatem prae suis opinionibus superbissime contemnant; et quod peculiare est haereticorum, si qui fraudes ipsorum intelligant, eos acerbissimo odio non desinunt insidiose persequi, et ne ipsi videantur esse quod sunt, alios calumniis et obtrectationibus hostiliter criminando praeveniunt, ut hac arte remotis de se pessimis suspicionibus sub specie innocentiae libidinosius tyrannidem suam exerceant inter imperitos, quibus hac in parte facile imponunt. Nam qui recte sunt instituti, statim deprehendunt in exuvio leonis terribilem ignorantibus asinum Cumanum. Sed gratia et virtus Deo altissimo, qui nobis eam felicitatem contulit, ut praeiudicia hominum nihil cuiquam obesse possint, sed universae causae ad novissimum domini iudicium sine ullo nostri dispendio determinandae reservabuntur. Interim reliquit nobis verbum suum, cuius praesidio satis muniti sunt a conspiratione impiorum, quicumque fideliter huic adhaeserint: etsi magnus bonorum labor sit, mores tolerare contrarios, necesse tamen est eos in medio hypocritarum crescere, usque in diem, quo dominus faciet separationem haedorum et ovium, quae durabit in aeternum. Nam quod ad propositam materiam pertinet, Reverendissime Praesul, admonere nos possunt exempla

haereticorum, ut de incertis modestius sentientes amplexemur ea, quae ad salutem sufficiunt et compertissimae veritatis testimonio iam olim sunt comprobata. Quoniam quae praeter ordinationem Dei passim adinventa intelliguntur, ad pietatem sunt inutilia, ad fidem prorsus supervacua. Quandoquidem dum isti cortice ludentes nucleum neglegunt et in rebus non necessariis scrupulosa torquentur curiositate, levissimis rationibus impulsi a veritate defecerunt, nec contenti propriis erroribus, nisi venenum impietatis suae latissime spargendo conscientiae multorum inquinassent. Verumtamen sicut ex Deo non erat ipsorum fraudulenta doctrina, ita dum quilibet eorum aliquid novi contra alterum excogitat, mutuis altercationibus soluta interiit. Videmus et iam nunc eiusdem farinae aliquos, qui specioso nomine fidei non paucos seducunt ab observatione praeceptorum Dei aut pro ratione circumstantiarum eadem facienda vel omittenda docentes diversas exceptiones confingunt, quibus a recto proposito suspensas teneant animas piorum, et cum scripturas canonicas repudiare non possint, in suos tamen sensus (ut auctor de Priscillianistis commemorat) allegorizando vertunt quicquid in sanctis libris est, quod eorum evertat errorem. Nec tamen fides est, quam adeo gloriose ostentant, sed ex propriis viribus absque verbo Dei concepta imaginatio et coacta fiducia in eum, cuius iussa superciliose despiciunt. Fides enim vera est certarum promissionum verbi Dei certa scientia et executio eorum, per quae ad illas pervenitur; dolus autem, non fides est, cum quis non vult facere id, quod novit esse praeceptum. Nam si fides ex auditu est, auditus autem per verbum dei, qualem obsecro fidem habere possunt, qui posthabito verbo Dei ex mendaci quadam persuasione, si non fecerint, ea se consecuturos putant, quae promisit Deus iis qui fecissent? Quid enim proderit vacuam fidem proponere, ubi facto simul opus est? Numquid credemus nos fecisse id, quod non fecimus? aut numquid credemus in praeceptis divinis tantundem valere, quod factum non est, si tantum credatur esse factum, ac si factum fuisset? Nam et daemones credunt et contremiscunt; sed quoniam non faciunt, quod praecipit fieri scriptura, ideo fides eorum inutilis et nulla est. Quod si fides absque factis mortua est nec vitam (cum sit mortua) conferre potest hominibus, quomodo per illam

nihil faciendo salutem consequemur, quam dominus largitur iis, qui diligunt eum et custodiunt mandata ipsius? Nihil enim Deo gratum esse potest, nisi per fidem et dilectionem fiat: quia alterum sine altero nullius virtutis fructum parit et Christus sterilem fidem non vult agnoscere nec respicit eos, qui cuiusvis occasionis praetextu ore tantum credunt, corde autem confitentur et tamen hypocrisim suam apud oculatissimum iudicem fidem volunt videri; nam qui sermonem Christi servaverit, id est factis fidem expresserit ac declaraverit (quoniam sermo eius nuda fide servari non potest), mortem non videbit in aeternum. Qui vero dissidia et offendicula contra doctrinam verbi Dei faciunt, domino nostro Iesu Christo (ut ait apostolus) non serviunt, sed suo ventri: qui enim Deo servit, verba eius diligenter custodit. Ex quibus apparet, quod inane vocabulum fidei tractantes vim eius et potestatem, quam scriptura requirit, prorsus ignorant. Umbram ostentant pro corpore, fidem scilicet otiosam et remota cruce secure stertentem. Arborem bonam et fructiferam Deus quaerit, non sterilem truncum aut aridum stipitem: sicut isti credunt, quod aliquid fieri debeat, et sciunt, quod sit faciendum, quia praeceptum est, nec tamen illud facere volunt aut alios ad faciendum admittere. Et cum dicunt, se credere in Deum, simulque docent, non esse faciendam voluntatem eius, quam sciunt et credunt, et tamen diversis exceptionibus illam prohibent et oppugnant, quom[odo] credunt evangelio, nisi servanda concedunt, quae in illo praecipiuntur? Sicut Christus apostolis dixit: Docete gentes servare omnia, quaecumque praecepi vobis; in quibus nihil superfluum credimus eum praecepisse. Unde rectissime Augustinus inquit: Cum ho[mo] secundum se vivit, non secundum Deum, similis est diabolo. Prolixius quam conveniebat ista recensui; attamen propter obstinationem inimicorum testamenti Christi, qui rei omnium sanctissimae contra verbum Dei contumaciter adversantur, gaudeo mihi occasionem incidisse dicendi apud R. D. T., cuius sincerum hisce de rebus iudicium multis est perspectum. Quamquam demiror autorem dogmata quaedam propria Aërianorum et Iovinianistarum inter haereticas opiniones nominasse, cum nihil videantur adversari scripturis sacris et Augustinus ipse in plerisque locis operum suorum similia sensisse videatur; verum

Horthy Miklós
KÖNYVTÁRA
SZEGED

ista potius iudicio piorum sunt relinquenda. Narrationem de obscenissima Manichaeorum eucharistia ne offenderentur mentes simplicium, loco per asteriscum signato praetermisimus. Quicquid id est, quod sub nomine R. D. T. ad utilitatem studiosorum publicavimus, eadem boni consulere ac tueri dignetur.



*Titel- und Schlussvignette der Sentenzen: Zápolyas Königswappen.*

# II.

# *Das Reformationsbüchlein für Kronstadt und das Burzenland.*

## REFORMATIO ECCLESIAE CORONENSIS AC TOTIVS BARCENSIS PROVINCIAE. M. D. XLIII.

### OMNIBVS PIIS LECTORIBVS GRATIA ET PAX CHRISTI MVLTIPLICETVR.

Quantis errorum tenebris hactenus per antichristum involuta fuerit Christiana religio, et quam gravibus traditionibus hominum oppressum fuerit salutare praeceptum Dei, praeter infelicem multorum experientiam, variis doctissimorum virorum scriptis abunde testatum est ac tanta librorum copia omnibus paene orbis angulis obstrusum, ut nemo posthac excusationem inscitiae suae possit praetexere, nisi qui obturaverit aures suas et occluserit oculos suos ac prorsus noluerit intellegere, ut bene ageret. Quod sane malum obstinata quadam opinione plerisque accidit, dum respiciunt consuetudinem, multitudinem aut impiam potestatem et per socordiam incerti futurorum praesentem fortunam potius amplexantur. Minime autem curant, ut primo diversam partem audiant, causam cognoscant et intellegant, ut postea rectius de ipso negotio iudicent, praesertim cum sciant a Christo praedicta tot scandala humanarum traditionum, tanta signa et prodigia ambitiosorum hypocritarum, ut in errorem inducantur (si fieri possit) etiam electi. Sed impiis blasphemiis calumniantes veritatem Dei seducunt animos simplicium, et quo maiorem criminationibus suis apud imperitos concilient auctoritatem, omnia sub nomine patrum et ecclesiae agunt. Quamquam ne nos quidem a sanctorum patrum institutis in ulla re dissensisse possunt arguere, si modo intellegant primos patres

apostolos, qui per evangelium Christi genuerunt nos in fide: et non posteriores apostatas, qui ab illorum doctrina atque ipsius verae ecclesiae ordinatione turpiter seducti defecerunt et propria scientia inflati, nullo pietatis zelo, sed tantum spe lucri peregrinos cultus ac formas caerimoniarum etiam gentibus ridendas in ecclesiam sine verbo Dei invexerunt. Quae perversa temeritas pseudoprophetarum usque adeo invaluit, ut nisi Deus per scripturam verbum suum sacratissimum diffudisset in orbem, actum hucusque fuisset de religione. Quod cum pro nostra mediocritate accuratius animadverteremus et emporium Coronense in ultimis partibus ecclesiae occidentalis constitutum assidue frequentari videamus a Graecis, Bulgaris, Moldavis et Valachis Transalpinis ac aliis orientali ecclesiae subiectis populis, qui tum multitudine altarium et simulacrorum, tum etiam ineptis quibusdam caerimoniis vehementer offenduntur et variis disputationibus de religione pertinaciter nos oppugnant, adeo ut saepe quorundam animos a veritate seducant et suis concentionibus ea, quae compertissima sunt, apud simplices in dubium vocent: ne fides Christiana propter nostras consuetudines male audiat apud eos, qui suos qualescumque ritus sinceriores gloriantur ac ceteris insolenter anteponunt, in quibusdam levioribus cedere coacti sumus propter conscientiam. Tametsi praeter has et alias iustissimas causas in tam praesentibus periculis temporum minime exspectandos duximus quosdam nimium secure dormitantes cum fatuis virginibus, qui procul dubio frustra quaerent oleum, postquam clausa fuerit ianua. Sed remota omni ambitione, spretis impiorum obtrectationibus, respectu solius honoris ac timoris Dei, per gratiam eius effecimus, ut status religionis apud nos per varias superstitiones corruptissimus, redigeretur in formam bonis ingeniis non aspernandam. Qua quidem in re diligentissime cautum est, ne quid novi sine testimonio scripturarum aut exemplo clarissimarum urbium in ulla parte susciperetur, neve in iis, quae sunt ad salutem necessaria et habent manifestum mandatum Dei, aliqua committeretur negligentia. Ac ne offendantur quorundam ingenia, cum ab osoribus veritatis haec omnia interpretari audiunt in deteriorem partem, visum est, palam rationem reddere ordinationis ecclesiarum nostrarum, sperantes futurum, ut et ceteri pietatis studiosi cognita

veritate aliquam ex his capiant consolationem: cum praesertim intellegant, quod non agitur negotium de acquirendis perituris facultatibus aut similibus curis huius saeculi, sed de salute aut aeterna perditione animarum. Dominus excitet spiritus electorum suorum et extrudat operarios suos in messem suam. Amen.

## DE DOCTRINA.

Quoniam praecipua pars religionis versatur circa doctrinam, doctrina autem constare debet ex verbo Dei, prima cura fuit, ut per communem ecclesiarum totius provinciae visitationem ministrorum eruditio exploraretur, et qui ad docendum non probarentur idonei, ab ecclesiasticis officiis in posterum abstinerent: ne ipsorum ruditate et inertia populus neglectus a vera pietate ad pristinas sordes relaberetur. Satis enim omnibus constat, quam horrenda naufragia in ecclesiam Dei sint invecta per eiusmodi ministros, qui omnis Christianae doctrinae expertes fiducia solius ordinationis intruserunt se passim ecclesiis, in quibus praeter cauponationem nihil boni unquam exercuerunt. Prospiciant itaque posthac omnes, qui officium docendi et sacramentorum administrandorum sustinent, ut bonis ac probatis auctoribus et certiore scripturarum cognitione sint instructi; nec tantum dicendo, sed etiam honeste vivendo et faciendo doceant, et cum militent Deo, non implicent se negotiis saecularibus, quibus suffocatur et infrugiferum redditur verbum Dei, sed potius curent salutem publicam, ad quod munus non ignorant se esse vocatos.

Rationem docendi cuiquam praescribere non est nostri instituti, sed illam ex bonorum auctorum monumentis censemus petendam ac observandum in contionibus, ut post textum evangeliorum adiungatur simplex ac pura locorum interpretatio: sic tamen, ut praeter manifestam scripturam et certissimum verbum Dei contionantes nihil admisceant de suis aut aliorum opinionibus. Nec praetermissis maximis et ad salutem necessariis mandatis Dei, populo tam imperiose inculcent, quid ipsis bene placeat aut bonum et utile videatur, etiam si non sit ex Deo. Opiniones enim neminem salvabunt, mandatum vero Dei est vita aeterna. Idcirco nullus ministrorum fretus ingenita loquacitate

impraemeditatus accedat ad contionandum et tempus inutilibus nugis consumat, ut tantum satisfaciat consuetudini et videatur aliquid fecisse, cum nihil fructu dignum praestiterit. Docentem praeterea temperare conveniet a scurrilitate et mordacibus invectivis, quibus auditorum animi vehementer alienantur et saepe cum oratore argumentum orationis respuunt. Eam ob rem scopus contionanti propositus esse debet, ut apposite dicendo persuadeat, quod absque auditorum benevolentia non facile obtinebitur. Cetera pro se quisque diligens ac fidelis pastor hac in parte emendabit.

## DE BAPTISMATE.

Quod ad sacramentum baptismatis attinet, ordinationem Wittembergensem secuti propter astantes testes idiomate vernaculo pueros baptisamus, remotis tamen quibusdam superstitionibus ad substantiam illius sacramenti nihil pertinentibus, cum sint inventa hominum inutilia: et verba precationum sine adhibitis istiusmodi rebus in fide pronuntiata tantundem efficiunt. Infantes autem, quos constat tempore necessitatis ab obstetrice legitime baptisatos, ex omnium ecclesiasticorum scriptorum sententia constituimus minime amplius rebaptisandos, quoniam sacramentis nihil accedit neque decedit ex qualitate personae ministrantis. Quin et canones praecipiunt, non reiterandum esse baptisma, etiam quod a laico aut pagano ministratur. Nec reiterandum baptisma, quod in fide sanctae trinitatis ab haereticis, schismaticis et facinorosis praestatur. Item rebaptisare haereticum hominem, qui haec sanctae trinitatis signa susceperit, quae Christiana tradidit disciplina, omnino peccatum est, rebaptisare autem catholicum immanissimum scelus. Quapropter neque infantes neque Valachi semel rite baptisati sunt rebaptisandi, quemadmodum neque circumcisionem licebat iterari. Verum etiam si circa pueros baptisatos et ecclesiae praesentatos minister orationibus consuetis utatur, tamen ab exorcismo prorsus abstinere debet. Nam cum infans per baptismum in necessitate (ut iam dictum est) legitime collatum acceperit spiritum sanctum, nullus spiritus immundus restat ab eo expellendus. In proselytis denique adultis testes alienos non requirimus: quoniam prius rudimentis catechismi

instructi ore proprio fidem in baptismate debent confiteri. Porro cum caerimoniae consecrationis praeter varios abusus nihil conferant aquae baptismatis nec per eas descendat in creaturam irrationalem et inanimatam virtus spiritus sancti, aquam consecratam a non consecrata nulla virtute differre cognoscimus, ubi non adhibetur in usum: sed cum iuxta ordinationem Christi accedit verbum ad elementum, tunc fit sacramentum.

## DE MISSA PRIVATA.

Quid de missa privata sit sentiendum, clarissimorum virorum scriptis iam olim lucidissime est explicatum, quorum auctoritas si nondum alicui satisfecit, scimus quod et nostrae propositiones parum sint profuturae; propter aliquos tamen, qui vero pietatis zelo gloriam Christi quaerunt, nihil praetermittere voluimus. Ac primum ex verbo Dei agnoscimus et confitemur, quod institutioni cenae domini indignissimum sit, ubi minister in missa privata, nullis aliis participantibus, praeter desiderium suum ex consuetudine sibi soli sumit ac retinet, quod pluribus porrigi conveniebat; quemadmodum verba Christi manifeste testantur: Accipite, dividite inter vos. Item: Bibite ex hoc omnes. Et sicut Christus minime baptisavit semet ipsum, sed ab alio baptisatus est, ita minister non sibi soli, sed aliis ministrare sacramentum debet. Cum autem quaestus et sustentationis gratia in ordine vicis suae etiam cum fastidio sibi sumit, sequitur consuetudinem sine testimonio sacrae scripturae introductam, per quam irritum facit praeceptum Christi, qui hanc cenam instituit pro pluribus maxime esurientibus et sitientibus iustitiam et remissionem peccatorum. Nam qui nauseat super cibo illo si sumpserit, iudicium sibi manducat et bibit. Ceterum cum per doctrinam satanae cenam domini finxerint esse sacrificium et opus bonum, quod applicatum pro aliis ementibus mereatur remissionem culpae et poenae et apud Deum omnia possit, abominabilis impietas fuit et profanatio testamenti Christi: in quo nihil illi praestamus, qui bonorum nostrorum non indiget, sed ab ipso summum bonum in remissionem peccatorum per fidem accipimus. Ne igitur pestis istius absurdissimae opinionis apud nos locum haberet, omnis opera est adhibita, ut missa secundum

institutionem Christi in legitimam et ab apostolis observatam formam restitueretur, ne promissionibus oblitteratis et fide sacramenti exstincta, per hypocritarum opus operatum turpissimae nundinationes exercerentur. Siquidem ut nemo ex spectaculo baptismatis particeps illius fieri aut pro aliis baptisari potest, ita neque cena ab uno comedente percepta circumstantes spectatores potest saturos reddere, sed cuilibet opus est proprio cibo etc.

## DE MISSA PVBLICA.

In celebratione missae (quantum fieri potuit) secuti sumus ritum in evangelicis ecclesiis usitatum neque ab illis temere declinandum iudicavimus, ne in singulis locis exstarent diversae ordinationes, sicut hactenus contigit, licet Christianae concordiae vix quicquam fuerit magis contrarium. Unus enim Christus, unus spiritus, unum baptisma, unus pater omnium Deus. Et quoniam omnes de uno pane et de uno calice participare debent; exemplo antiquitatis hoc mysterium uno die minime censemus repetendum, sed una publica missa semel in die ecclesiae quamvis numerosae sufficiat. Quod si diversitas linguarum obstiterit (quoniam proprio cuiusque nationis idiomate verba Christi sunt proferenda) nihil prohibet, pro numero linguarum aut distantia locorum singulas missas celebrari. Sin autem defuerint communicantes, nullam missam privatam ullo modo permittimus celebrandam propter horrendos abusus, quos per suos ministros callide nobis obstrusit satanas, de quibus in aliorum scriptis copiosissime est tractatum. Ceterum in missa peragenda (praeter impium canonem et superstitiosas quasdam gesticulationes) consuetis cantionibus de tempore utimur neque in iis, quae primitiva servavit ecclesia quicquam mutamus, nisi quod post epistulam interdum adhibemus cantiones Germanicas, interdum vero alias consuetas, si non repugnent scripturae. Loco epistulae aut evangelii integrum caput novi testamenti ad populum legitur; deinde symbolum fidei canitur lingua nostra, quandoque etiam Latina. Post praefationem cum suo cantico, praemissa brevi commemoratione mortis domini et oratione dominica, minister versus ad populum verba testamenti e scripto lingua vernacula super particulas panis iuxta numerum

participantium praeparatas, mox etiam super calicem et vinum clarissima voce pronuntiat. Nam pridie illius diei, qua cena domini peragenda est, aut eo ipso die communicaturi sese ministro indicant, ut pro numero illorum sciat adhibere panem et vinum. Post consecrationem chorus incipit Iesus Christus, nostra salus, et similes cantiones vulgares, quas eo usque continuat, donec omnes participantes fuerint per ministros expediti, quorum unus stans in dextra parte altaris corpus porrigit, alter in sinistra ex ordine ministrat sanguinem (licet paucioribus ad communicationem accedentibus etiam unus minister sufficiat). Haec omnia cum gratiarum actione et benedictione populi finiuntur.

## DE RELIQVIS CAERIMONIIS.

Ubi vero tempore consueto defuerint communicantes, nullum officium missae peragitur, sed loco illius primum canitur psalmus Germanicus; hinc post collectam additur aliqua pia sequentia vel tractus cum lectione unius capitis ex novo testamento ac symbolo fidei et oratione dominica, post quam continuantur pro diversis necessitatibus suffragia, explosis tamen semper et ubique creaturarum invocationibus, quibus beneficium Christi non mediocriter est obscuratum. Unus enim Deus, unus mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit semet ipsum pretium redemptionis pro omnibus. In ceteris autem officiis hoc modo est ordinatum, ut cum videamus, multiplicationem psalmorum ac aliarum cantionum matutinarum ab ignavis ministris cum summo fastidio infructuose deblaterari, nec arces, in quibus per provinciam templa sunt constituta, hisce periculosis temporibus et vicinitate variorum inimicorum, tutum sit in tenebris reserare, officium matutinum translatum est in tempus aurorae, in quo post vernaculas cantiones et litanias, post ordinatos matutinos psalmos, lectiones et responsoria canitur symbolum Athanasii ac deinde Germanicum canticum Te Deum laudamus, mox etiam Veni, sancte spiritus, cui succedit publica contio. Prandio peracto iterum habetur contio in diebus festis antecedente et subsequente aliqua cantione vulgari. Ceteris vero diebus per septimanam ante auroram praemissa cantiuncula fit contio familiaris pro institutione

iuventutis, quae clauditur cantione alicuius psalmi vel decem praeceptorum. His finitis duo vel tres psalmi per ordinem psalterii cotidie decantantur, quos sequitur responsorium de tempore cum collecta etc. Post haec publice praelegitur caput veteris testamenti cum succincta interpretatione, in cuius fine rursus canitur a populo psalmus aliquis Germanicus. In vespertinis precibus nihil penitus est immutatum, praeterquam quod quintus psalmus ad aedificationem ecclesiae canitur lingua vulgari. Peractis omnibus puellulae scholasticae aut aliquas cantiunculas in templo decantant aut quaestiones de praecipuis partibus catechismi mutuo proponunt et ad instructionem auditorum explicant. Interdum etiam aliquis ministrorum rudimenta catechismi iuventuti pronuntiat. Qualiter autem ceteri ritus iuxta vices temporum anni nobis observentur, e scriptis aliorum cuilibet licebit apertius cognoscere.

## DE CVRA AEGROTORVM.

Auditores in contionibus sedulo sunt per ministros admonendi, ut sani frequentius accedant ad participationem mensae domini nec ut alias semper exspectent finem quadragesimae, in quo sine pietatis affectu tumultuose omnes, quo tantum satisfaciant consuetudini, concurrunt; quod satis arguit eos non diiudicare corpus domini. Quod si alicui permissu Dei supervenerit iusta necessitas, etiam separatim in aedibus privatis porrigi debet testamentum Christi, quia necessitas non habet legem. Cum autem certum sit, dignitatem sacramentorum obscurari, ubi leviores caerimoniae eadem observationis necessitate proponuntur, quae utique nec facientes iuvant neque omittentibus nocent, statutum est, ut minister sine lucernis, strepitu cymbali et habitu imperitos ad idololatriam provocante comitantibus iis, qui vocaverunt, cum pane et calice se conferat ad aedes aegroti ibique post consuetam consolationem more legitimo verba consecrationis super panem et vinum palam pronuntiet et aegroto utrumque ministret: nec inanem monstrationem panis infirmo credat profuturam, ubi res ipsa desideratur.

---

2 *Im Original Druckfehler:* Hic.

Huiusmodi forma consecrationis etiam utimur, cum unus aut alter ex iusta causa communi participationi interesse non possunt, saltem observetur, ut pro numero participantium vinum fundatur in calicem etc. Si quid obstiterit, quo minus aegrotus sacramentum percipere possit, a consecratione quidem abstinendum, verbo autem Dei consolandus est et confortandus in fide. Nolumus insuper, ut minister praetermissis verbis testamenti amplius utatur particulis iam olim in angulum contra institutionem Christi repositis. Nam sicut in sacramentis nullus effectus sequitur, ubi desunt verba, ita verba nihil efficiunt, quoties res ipsa non exsistit in usu. Proinde non videbatur tolerandum, ut ex superstitione maiorum eiusmodi particulae post inutilem consecrationem ad impietatem et scandalum uspiam reponerentur et illis aliquis cultus exhiberetur. Siquidem Christus dixit: Accipite, edite etc. et non dixit: Seponite, occludite ac deambulatum circumferte. Scimus autem, quod verba testamenti simul et baptismatis ac absolutionis quandocumque et ubicumque debite pronuntiata plenissimam vim habent, cum usus legitimus accedit.

## DE ABSOLVTIONE.

Potestatem clavium a Christo Christianis relictam ex evangelica veritate nemini est obscurum; sed quod illa ad paucos et eos plerumque indoctissimos fuit contracta, varios errores in ecclesia peperit, dum confessores isti nonnunquam participantes cum furibus et praedonibus per absolutionem indiscriminatim se remittere iactaverunt debita quorumvis debitoribus, quod non est verisimile: quoniam peccatum non remittitur, nisi restituatur ablatum, nec iniuria remitti potest ab alio, quam qui illam passus est; quemadmodum Christus praecipit: Reconciliare fratri tuo, qui habet aliquid adversum te, quo placato nihil opus est ulteriore absolutione ab eodem crimine; nam si duo consenserint super terram de omni re quamcumque petierint, fiet illis a parte qui est in caelis. At si quis contra Deum deliquerit et confitetur adversum se iniustitiam suam domino, et si plenissime remissae sunt iniquitates peccatorum illius, haud incongruum erit, conscientia gravatum quovis tempore aut loco sacris consolatio-

nibus sublevari, quod profecto ab insulsis et scripturarum ignaris fieri non potest, quamvis isti vehementius urgeant hoc genus privatae confessionis quam ullum gravissimum praeceptum Dei. Verum cum nulli hominum licitum sit, aliquid tanquam ad salutem necessarium in ecclesia statuere extra verbum Dei, et probatissimorum scriptorum testimonio constat, confessionem auricularem non esse ex Deo, sed ex hominibus, aequius cum illa fuerat agendum nec necessario semper alliganda communicationi, ubi promiscue plurimi simul confluentes sine ulla instructione praecipitanter absolvuntur. Ceterum cum ibi de sua fide explorari et in doctrina Christiana institui debeant imperiti, ministrorum erit, errantes docere, respondere sciscitantibus ac rudiores examinare: quoniam docentem loqui oportet, discipulum vero auscultare, quod in hac parte praepostere semper fuit inversum. Visum est igitur, ut ministri in scripturis non exercitati nec ad praedicandum idonei nunquam posthac ad confessionem audiendam admittantur, praesertim quod in confessore non inferior cognitio scripturarum requiritur quam in contionatore. Contionator enim argumentum notum ac diligenter meditatum simpliciter proponit; confessorem autem varias et inauditas difficultates ex improviso propositas infinitis rationibus ac testimoniis oportet dissolvere. Quod plerique parum advertentes levissimum consolandarum conscientiarum officium putaverunt et ad ineptissimos quosque ac profanissimos ministros reiecerunt: unde praeter graves discordias tam pestifera zizania seminata, tot scandala sunt exorta, ut linguis hominum enumerari vix queant.

## DE EXCOMMVNICATIONE.

Quandoquidem auctoritate clavium insolentius abusi sunt quidam pastores ecclesiarum, dum nonnunquam excludendos inconsiderate admiserunt et ex causis levissimis ac sine pudore vix recensendis a communione prohibuerunt pauperes et innoxios: consultius visum est, ut in posterum nullus a communione arceatur, nisi ex causis a divo Paulo 1. Cor. 5. et alibi enumeratis, ita tamen, ut huic spirituali poenae nulla poena civilis per ecclesiae ministros admisceatur. Nec vero solius pastoris arbitrio, sed

potius ecclesiae suffragiis excommunicari quis debet iuxta ordinem a Christo nobis traditum Matth. 18., ut, si frater, qui crimen admisit, primo privatim, secundo adhibitis testibus, postremo etiam coram ecclesia admonitus resipiscere neglexerit, per publicum ecclesiae ministrum consensu multitudinis proclametur excommunicatus et devitetur a ceteris tanquam ethnicus et publicanus, donec redierit ad meliorem frugem et coram ecclesia rursus publice fuerit absolutus. Porro qui spiritum Dei non habent et praeceptis eius propria tyrannide contumaciter adversantur, nunquam possunt auctoritate solius vocationis quemlibet ligare vel solvere. Qui enim iustificat impium et qui condemnat innocentem, abominatio Dei sunt ambo: Pro. 17. Cavendum igitur ac circumspectius hac in parte agendum, quo per fragilitatem vel errorem semel aut iterum lapsi insuper et obstinatius in peccatis perseverantes, antequam rite sunt admoniti, nequaquam excommunicentur, ut neque praecipitanter et invidiose per excommunicationem quaeramus vindictam et incaute maledicamus benedictis ac nobis ipsis cumulemus maledictionem. Nec etiam cuivis cito manus imponamus, ut posthabitis fratribus laesis ac nondum reconciliatis remittamus debitā debitoribus alienis atque communicemus peccatis illorum in nostram perditionem.

## DE VOCATIONE.

Postquam ecclesiastica ordinatio coepta est reformari, prospiciendum curavimus, ut in futurum ubique serventur idonei ministri, sine quorum opera religionis administratio constare non potest. Quisquis igitur moribus et eruditione primum non fuerit probatus nec post probationem ex iustis causis legitime vocatus, nunquam posthac ex nostratibus ordinetur neque ad consuetum ministerium ecclesiae suscipiatur. Nam iuxta sententiam Pauli diaconi primum probentur, postea ministrent. Itaque nullus amplius proprio impulsu cursitet ad ambiendam ordinationem, et ineptissimus rediens obstrudat se ecclesiis et glorietur vocatum. Nam eiusmodi inutiles et scandolosos ministros, qui abutuntur nomine vocationis ad destruendum potius quam ad aedificandum, penitus reicimus. Contumaces vero et obtrectatores evangelicae veritatis,

qui similes argentario illo Ephesio curam sustentationis, non religionis gerunt et propter quaestum factiosas seditiones contra manifestam doctrinam Christi movent quique missam privatam pro pecunia ubicumque locorum celebrare non verentur, neque suscipiantur ad ecclesiasticum ministerium neque suscepti retineantur. Satius est enim paucorum ventres neglegere quam multorum animas a veritate seduci. Qui vero suis officiis recte funguntur, illis a suis parochis constitutum erit certum ac iustum stipendium cum habitationibus ad necessitatem eorum non minus commodis, quam antehac habuerunt. Nec erit conveniens, ut parochi ministros ecclesiae utiles privata voluntate propter vanissimas causas a vocatione repellant et instar stabulariorum quotannis mutent. Immo ne ipsi quidem pastores post confirmationem, qua se priori vocationi obstrinxerunt, aliam praebendam supra aliam sibi cumulent, cum non modo pluribus officiis soli sufficere possint, verum etiam evidens argumentum praebeant avaritiae radicis omnium malorum, quae a cognitione veritatis longissime abducit nec habet partem in regno Dei.

## DE OFFICIIS MINISTRORVM.

Quod autem officium illorum futurum sit, ex observatione caerimoniarum cuiuslibet ecclesiae facile constabit. Hoc tamen deinceps commune erit omnibus ubicumque in provincia constitutis, ut parochus ipse singulis diebus festis contionetur et attendat ac sciat, quid et quomodo ceteris diebus etiam ipso absente in templo geratur; non enim potest esse pastoris excusatio, si lupus oves comedit et pastor nescit. Minister vero per septimanam in officio aurorae post consuetas vulgares cantiones lectionem unius capituli secundum ordinem novi testamenti populo publice praelegat et insigniores locos illius textus ad utilitatem auditorum interpretetur, nec quisquam excuset voluntariam cessationem paucitate auditorum. Catechismus insuper quattuor temporibus anni loco praedicti capitis iuventuti breviter declaretur, una quidem et eadem formula, ne frequens mutatio verborum et interpretationis pueros ab ediscendo remoretur. In summo autem officio, ubi nulli praesto sunt communicantes, mi-

nistri cum scholasticis psalmos aliquot Latinos excercendae iuventutis gratia decantabunt, quibus accedent consueta suffragia pro regibus, concordia ecclesiae, pro peccatis et pro pace. Ceterum cum per hanc ordinationem satis videatur remissum, ut in tanta penuria eruditorum parochi pro pluribus unicum in pagis sustentent ministrum: ne quis calumnietur nos tantum gravamina abiecisse, placuit, ut in oppidis et maioribus pagis ex pristino iure duo officia cotidie peragantur. Quod si quis parochorum officium suum praestare noluerit aut non potuerit, loco suo alterum ministrum conducat. Sin autem idoneos ministros quaerere neglexerit oblatosve repudiaverit aut invenire seu per tenuitatem proventuum servare non pot[u]erit, totum onus ecclesiasticae functionis recidet in ipsum. Neque enim religioni consentaneum videtur, ut congregationes fidelium quovis modo debita fraudentur institutione.

## DE SCHOLIS.

Quemadmodum in hortorum cultu requiritur assidua plantatio arbuscularum, ut antiquis deficientibus subinde in locum succedant recentiores, sic ad conservationem religionis maiores nostri in primis necessariam iudicaverunt institutionem iuventutis, quae ad communem rerum publicarum utilitatem educata ecclesiae ministeriis rite praeesse possit. Ideoque publicis impensis scholas passim constituerunt, quae hactenus iniuria turbulentissimorum temporum et neglegentia inimicorum pietatis desolatae paene conciderunt. Ne itaque id malum apud nos latius serperet, quatenus fieri potuit, diligenter provisum est studiosae iuventuti, ut in civitate praeter ceteros a maioribus aut nunc primum ordinatos praeceptores, qui publicis stipendiis contenti omne genus disciplinarum gratis docent, serventur et alii lectores idonei, qui studia pietatis et liberales artes in utraque linqua continuo profiteantur. Ad cuius rei feliciorem successum nunc quoque, postquam multiplicatus est numerus studiosorum, monasterium unum transmutatum est in publicum lectorium et scholam parvulorum. His accedit, quod in omnibus locis provinciae ludi litterarii structura, rectoribus et stipendiis in debitam formam sunt restituti. Quod exemplum utinam et alii quam plurimi perpenderent et in tempore

imitandum curarent, ne patria nostra, inter medios hostes gratia Dei non incultissima, per incuriam magistratuum, ad quos hoc officium pertinet, brevi degeneret in impiam barbariem. Quod ne aliquando contingat, omnibus modis succurrendum fuit, ac ne quicquam adminiculorum religioni conservandae deesset, etiam constructa est pro necessitate studiosorum publica bibliotheca, omnigenis bonis auctoribus, theologis, medicis, iureconsultis ac ceteris politioribus pro nostra mediocritate referta.

## DE PAVPERIBVS.

Cum ex deuteronomio constet, non defuturos pauperes de medio terrae, quorum inopiam nostra benedictione sublevandam Deus praecepit, et propheta beatum appellat eum, qui intellegit super egenum et pauperem etc. Insuper et Christus in evangelio toties inculcat misericordiam, per quam adeo firmiter se nobis obstrinxit, ut talem sine dubio ipsum simus experturi, quales nos gesserimus erga pauperes, quos suo loco nobis in terris reliquit. Quicquid enim boni his fecerimus, ille sibi acceptum vindicat et gloriatur et centuplum se repensurum promittit in tempore hoc et in saeculo venturo vitam aeternam; alienum a professione nostra visum est, ut iuxta consuetudinem patrum homines morbo, senio aut paupertate confecti in frigore, pluvia et aestu per bivia prostrati et stipem cum gemitu emendicare cupientes inhumaniter neglegerentur. Sed illis ultra consuetam aliorum pauperum in tribus hospitalibus sustentationem publice prospectum est in civitate, ut omnes habeant tolerabilem victum. Ad quod pietatis opus exsequendum electi sunt duo providi et constantes viri e senatu ac duo ex centumviris, qui singulis septimanis secundum facultates proventuum nostratibus pauperibus necessaria distribuunt. Ceterum cum privatorum largitiones in tanta rerum penuria non sufficiant, ad eam dispensationem translatum est, quicquid inutiliter in res non necessarias prius est erogatum. Ac si verum fateri volumus, commodius esset omnibus rebus publicis, ut proventus inutilium fraternitatum et impiarum fundationum, item stulta legata quorundam testamentorum, nonnullas etiam vacuorum monasteriorum possessiones cum impensis

opificum ad meridianas caecorum lucernas inaniter profusis, aut si quid uspiam exstat simile, ad eiusmodi sustentationem pauperum converterent; quoniam faeneratur Deo, qui miseretur pauperis, et retributionem eius compensabit ei: Pro. 19.

## DE PVPILLIS.

Post provisionem pauperum proxima cura debetur pupillis, quos Deus in pluribus locis veteris testamenti diligentissime commendat magistratibus et sese illorum iudicem ac protectorem pollicetur futurum. Cum autem compertum sit, in bonis pupillorum varias iniquitates saepenumero committi, secundum aequissimam formam iuris illis duximus succurendum, ne quis pius tutelae administrator inscius eiusmodi iustitiae gravius impingat et concitet in se furorem Dei vindicis pupillorum. Quamobrem constitutum est, ut integra hereditas pupillorum per ordinatos e senatu viros diligenter conscripta et obsignata in praetorio conservetur et pupillis ex ea de honesta educatione subveniatur. At si quis extra hanc ordinationem testamento scriptus sit tutor, absque auctoritate senatus nullo modo tutelam administret nec bona pupillorum, nisi prius per magistratum conscripta, in potestatem accipere audeat. Cum autem tutoris praecipuum officium sit, ne indefensum pupillum relinquat, minime videtur defendi, cum non fit nomine illius, quod quilibet pater familias idoneus in rebus propriis faceret. De omnibus ergo, quae tutor fecit, cum facere non deberet, item de his, quae non fecit, praestabit dolum et culpam et quantam in suis rebus diligentiam. Quod si pupillus aetate, metu vel calliditate tutoris circumscriptus inciderit in captionem, causa cognita a iudice in integrum restituatur. Nam cum pupillus ex nullo contractu sine tutoris auctoritate obligari possit (quoniam iuxta regulam iuris pupillus nec velle nec nolle in ea aetate creditur) nulla aequitatis ratio permittit, ut in rem suam tutor auctoritatem accommodet, quo cum alterius detrimento et iniuria fiat locupletior. Nec vero recte faciunt, qui pupillis bonae indolis impensas ad institutionem et necessaria studia praetextu fidelioris dispensationis denegant et fingunt, sese illis integras conservaturos opes ad tempus, quo illis

minus indigebunt. Verum utcumque ista contingant, officio tutoris incumbit, rationes actus sui pupillo praesentibus ordinatis magistratibus reddere, quorum iustam sententiam absque voluntate pupillorum per verecundiam aut timorem extorta ratam haberi decernimus. Nec permittendum tutori, tantum in rationibus reputare, quantum impendit, si plus, quam opus fuit, inutiliter impenderit, sed ut solum id recuperet, quod praestare debuit. Quod si qua iusta causa suspectus tutor fuerit, debet per magistratum a tutela removeri et tutela aliis bonae fidei viris commendari.

## DE LIBERTATE CHRISTIANA.

Postremo qualis sit ratio Christianae libertatis, ex multorum testimoniis non potest esse ignotum iis, qui veritatem diligunt. Quod tamen nonnulli calumniantur nos licentius egisse in iis, quae non modo sunt libera, verum etiam a Deo ipso instituta, sciant posthac et persuasum habeant, quod ab ecclesia catholica et orthodoxa fide atque ipsa evangelicae veritatis doctrina in nullam partem declinavimus. Nam quod de matrimonio sacerdotum inaniter obiciunt et criminantur, cum etiam ipsorum sententia matrimonium numeretur inter sacramenta. Sacramentum non potest esse aliquid malum; igitur iis, qui continere non possunt, potius erat praecipiendum quam prohibendum, praecipue quod apostolus 1. Timoth. 4. vocat doctrinas daemoniorum, quae prohibent contrahere matrimonium et iubent abstinere a cibis, quos Deus creavit ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus et iis, qui cognoverunt veritatem, quoniam quicquid creavit Deus, bonum est et nihil reiciendum, si cum gratiarum actione sumatur etc. Dies festos propter multiplices abusus in angustum contraximus, observatis tamen omnibus iis, qui in ecclesia generali ob historias in sacris litteris comprehensas sunt recepti. Proinde nemo nos ulterius iudicet in cibo aut potu aut in parte diei festi etc.: quae sunt umbra rerum futurarum et observationes Iudaicae, quoniam iuxta praeceptum divi Pauli in libertate, qua Christus nos liberavit, stabimus, et minime iterum iugo servitutis subiciemur neque curabimus invidos hypocritas, qui claudunt regnum caelorum coram homnibus, ipsi non

ingrediuntur et ingredi cupientes prohibent. Satis hactenus propter infirmos vel potius incredulos et obstinatos a nobis est cunctatum. Quod si nunc tandem fideliter admoniti in incredulitate sua iacere perseveraverint, obstinatam infirmitatem ipsorum haud ultra duximus exspectandam: sed omnem plantationem, quam non plantavit pater caelestis, eradicabimus, sicut eradicata est in aliis piis ecclesiis, a quibus deflectere non est necessarium, quoniam certum est, nullam humanam constitutionem obligare quenquam sub poena aeternae damnationis. Furor autem et indignatio adversus omnem animam ordinationi divinae contradicentem.

Hortamur itaque omnes, in quorum manus haec scripta inciderint, et obtestamur per adventum domini nostri Iesu Christi et salutem animarum suarum, ut neglectis impiorum obtrectationibus causam nostrae religionis diligentius perpendant atque examinent. Timeant Deum et dent illi honorem, quoniam adest hora iudicii eius, quo perfidos adversarios praeceptorum suorum et sacrilegos murmuratores, cupidos redire ad ollas carnium Aegypti, exterminabit et computrescere faciet in deserto et excitabit sibi novum populum, quem gloriosissime introducet in requiem suam, eo quod crediderunt verbis eius et in viis eius manserunt nec iverunt post inventiones hominum sicut patres eorum, qui obduraverunt corda sua et causam suam pertinaciter iustificaverunt contra altissimum ac Deo novos cultus contra praeceptum eius ausi sunt violenter obstrudere, quos ille non respicit neque curat, qui se dixit frustra coli doctrinis ac mandatis hominum. At si quis sermonem Christi servaverit, mortem non videbit in aeternum. Qui autem ex Deo est, verba Dei audit. Oves Christi vocem eius audiunt et illum sequuntur; alienos autem non sequuntur, sed effugiunt ab iis, quia non noverunt vocem alienorum, qui a semet ipsis loquentes nihil aliud quam proventum et gloriam propriam quaerunt. Caveant itaque omnes ab eiusmodi pseudoprophetis et videant, ne voluntaria socordia caeci a caecis ducibus per viam latam et spatiosam pertrahantur in foveam, unde nulla erit redemptio. Neque enim excusatio ignorantiae restabit servo, qui nesciverit voluntatem domini sui, multo minus ei, qui scire noluerit aut facere contumaciter recusavit. Nos praesentibus

scriptis palam testamur, quod aliorum gratia isto negotio nihil posthabuimus. Et licet quaedam leviora quam conveniebat hic videantur inserta, quaedam etiam brevius et imperfectius explicata; si tamen quispiam ceteras religionis ac caerimoniarum quisquilias in ecclesiis reformatis iam olim abrogatas plenius cognoscere voluerit, (quandoquidem ecclesiasticam ordinationem Wittembergensium potissimum secuti sumus) ex doctissimis illorum scriptis rationem omnium intelleget. Si quis quaerere ac resipiscere neglexerit, sanguis eius sit super eum.

**F I N I S.**

IMPRESSVM IN INCLYTA
TRANSYLVANIAE
CORONA.



*Honters Druckerzeichen: mit dem Wappen von Kronstadt.*

# III.

# Die Apologie.

## APOLOGIA REFORMATIONIS A CLARISSIMO VIRO DOMINO M. IOANNE HONTERO CORONAE ANNO MDXLIII CONSCRIPTA.

Etsi cum plerisque fidelibus Christianis per multos annos ardentissime expectaverimus generale concilium, quo ecclesia Christi in evangelicam certam et uniformem ordinationem restituta omnes privatae observationes ubique locorum tollerentur et penitus obliterentur, tamen quorundam cunctatio totam Christianitatem tamdiu suspensam tenuit, ut interim multorum millium hominum animi scandalo, dissidiis, dubitatione ac desperatione perderentur. Cui miseriae si a superiore potestate maturius fuisset succursum et status ecclesiae iuxta doctrinam Christi et sanctorum apostolorum in debitam formam esset redactus, nemini dubium est, quin non solum patria nostra, sed omnes totius orbis Christianorum ecclesiae abrogatis prioribus ritibus concorditer piae ordinationi sacri concilii fuerint sua cum gratia submissurae. Quoniam vero impraesentiarum causa ordinationis nostrae a nobis exigitur, pro temporis brevitate paucis respondebimus et rationem reddemus, quid potissimum nos moverit, ut Christianae ordinationi concorditer et constanter assentiremur. Tametsi sperabamus, quod absque interpretationibus nostris, qui cuperent, ex libris aliorum theologorum doctissimorum, quorum copiam venerabilibus dominis Albensibus minime deesse compertum ha-

---

6 plerisque: plerisque Christi *MB.* 11 tamdiu: *MB;* tandiu: *K.* 12 animi: animae *MB.* 12 ac: et *MB.* 14 doctrinam: ordinationem *MB.* 17 Christianorum ecclesiae: ecclesiae Christianorum *MB.*

bemus, facile essent intellecturi causas eorum omnium, quae nostratibus ministris compendiosissime sunt tractata; sed cum difficillimum sit respondere ac defendere, ubi nihil certi proponitur; nam veremur, ne non tam exiguum istud, quod audimus, verum et alia quaedam nonnullorum animos, qui causas nostras non satis perspiciunt offendant, ideoque cogimur quodammodo ipsi divinare, quid in libello nostro quibusdam bonis viris scrupulum et molestiam parere videatur. Quamvis etiam nunc testatum esse volumus, nos in nullius cuiuscumque condititionis hominis praeiudicium, iniuriam, ignominiam aut levissimam offensionem quicquam edidisse, sed omnia, quae in reformatione continentur brevissime, pastoribus et ministris nostrae patriae ad tempus alicuius sanctioris concilii esse conscripta. Quapropter quod ad ordinationem illam attinet, quoniam omnia si[n]gillatim et sufficienter enumerare prolixum ac fortasse molestum ac taediosum foret, ex multis causis paucas quasdam breviter recensebimus. C[oram] D[eo] v[ivo] pro singulari erga Christum favore patienter attendant obsecramus.

## DE NOSTRA ERGA POTESTATEM OBOEDIENTIA.

Primum itaque confitemur et constanter affirmamus, quod in nulla parte istius minutissimi libelli aut ordinationis nostrae ecclesiae contra oboedientiam sacrae reginalis maiestatis Isabellae, dominae nostrae clementissimae, aut contra reverendissimos et magnificos dominos proceres regni Hungariae ac ceteros quicquam attentaverimus, egerimus aut agamus, quemadmodum nobis verissimi testes erunt etiam extranei fortassis nunc partim praesentes, qui statum ecclesiae nostrae oculis suis viderunt et cognoverunt, quod omnia officia divina cum tanta reverentia apud nos peragantur, ut antea nunquam similiter apparuerint.

Atque utinam (quod pace omnium dixerim) omnes ubique subditi pari fide et oboedientia potestatem ac superiores suos cole-

5—7 causas... quid in li-: —*M.* 8 etiam: et *MB.* 12—13 continentur brevissime: brevissime continentur: *MB.* 15 ac: et *M B.* 17 v[ivo]: o[ptimo] *M B.* 18 obsecramus: — *MB.* 22 ecclesiae: ecclesiasticae *M B.* 23—24 reverendissimos regni Hungariae proceres ac ceteros magnificos dominos *M B.* 26 nunc: — *M B.* 28 cum tanta: tanta cum *B;* reverentia: devotione et reverentia *MB.* 29 apparuerint: apparuerunt *MB.* 31 superiores: superos *MB.*

rent ac observarent, ut colunt, qui Christum et verbum eius sequuntur, unde dicunt, potestati a Deo ordinatae resistentes, Deo ipso resistere, a quo facto semper et ubique probati sunt alienissimi, non dubitaremus sacram reginalem maiestatem ac ceteros principes regni viros cum tanta animorum tranquillitate et securitate regnum administraturos, ut iam primum sentirent, et vitam sibi fore iucundiorem. Siquidem tanta animorum concordia, tam prompta omnium subditorum erga superiores suos observantia, per sinceram evangelii praedicationem statim subsecuta est, ut ne levissima quidem suspicio alicuius dissidii vel contradictionis posthac apud nos reliqua sit.

Quod autem contra oboedientiam superiorum arguimur ordinationem instituisse, scimus et certi sumus, quod sacra reginalis maiestas, domina nostra clementissima, pro sua et suorum erga Deum omnipotentem pietate, nihil unquam ullo modo dixerit contra verbum neque prohibuerit ordinationem et praeceptum Iesu Christi, id quod etiam de ipsius Christianissima [...] sentire impium et absurdum fuerit.

Quamobrem cum neque sacra reginalis maiestas neque reverendissimus dominus et patronus noster gratiosissimus et ceteri praelati domini Christianissimi unquam contradixerint verbo Dei, sed illud religiosissime colant, foveant ac diligant eos, qui illud sequuntur, confidimus nos in hac causa inculpabiles ac innocentissimos futuros, si paucis utcumque demonstraverimus, quod nihil sine respectu maioris concordiae subditorum suorum et manifesta auctoritate scripturae sacrae et praeceptorum Dei altissimi hoc periculosissimo tempore et loco variis periculis obnoxio proposuimus.

Sed quicquid id est, quod agimus, iustissimis causis et diversis necessitatibus moti, propter mandatum Dei et communem salutem nostram suscipere coacti fuimus. Quae omnia si boni et aequi fautores verae religionis cognoverint et animadverterint, non modo non indignabuntur fratribus suis aut sese iniuria affectos putabunt, sed speramus, et gratulabuntur et collaudabunt causas et factum nostrum.

---

6 *Zwischen* ut *und* iam *deuten M B eine Lücke an.* 11 posthac: post haec *M B.* 22. 23 ac: et *M B.* 24 utcumque: utrumque *M*; paucis utcumque: utrumque paucis *B.*

## CONTRA OBIECTAM DISCORDIARVM CAVSAM.

Porro qui verbum Dei et observationem praeceptorum Christi contra nos causam seditionis et discordiarum nominant, etiamsi copiosissime super hac re respondere possemus et ante oculos ponere, quae nonnulli parum advertentes alicuius nominis appellant, cum impraesentiarum neque tempus neque locus patitur. Respondebit pro nobis arbiter universorum iustus iudex Christus et palam faciet, ut semper fecit, an per observationem praeceptorum suorum ullam discordiarum occasionem cuiquam dederimus, quandoquidem et antea testati sumus et nunc quoque testamur, quod nihil gratius in vita nobis potest obtingere, quam si viderimus oves Christi dispersas in eodem et uno ovili catholicae ecclesiae unanimiter vivere, cum quibus in vera et perfecta unitate fidei semper et perlibenter consentimus.

Nam et divus Paulus in plerisque locis invitans ad mutuam concordiam iubet, ut omnes idem sentiamus, ut sit fides omnium et eadem regula, sicut et omnium unum baptisma, unus Deus; sed illud idem sentire nihil aliud voluit intellegere quam sentire illud, quod in sacris litteris nobis Christus proposuit et praecepit, quoniam extra verbum Dei et observationem praeceptorum Christi nulla vera neque stabilis concordia unquam fuit neque futura est in aeternum. Quam firma autem, quam constans et inexpugnabilis semper fuerit piorum concordia et quam pacifice semper cum omnibus vixerint ii, qui in Christo fideliter adhaeserint, et quod ab invicem nunquam sint separati, pluribus exemplis notius factum est, quam ut ulla demonstratione egeat.

Sin autem aliquid indecens in ordinationem nostram irrepserit, quod nos penitus fugit, qui nullius intentionis eiusmodi nobis conscii sumus, iterum atque iterum oramus, ostendatur nobis id ipsum apertius aut saltem ex verbo Dei convincamur, ubi minus Christiane aliquid fecerimus; parati sumus semper concedere et nos submittere potentissimo verbo Dei, quod unicum nos omnes Christianae concordiae vinculum, causam et radicem et fontem credimus et confitemur.

---

4 possemus: possimus *M B.* 5 quae: quippe *M B.* 6 neque locus: atque locus *M B.* 8 observationem: observantiam *M B.* 28 nullius: in nullius *B.* 28 eiusmodi: eius etiam *M B.* 32 potentissimo: — *M.* 33 concordiae: — *M B.*

## QVOD AVTORITATE DEI ET SVPERIORVM OMNIA FECERIMVS.

Ut autem progrediamur ad enumerandas breviter causas et divinas auctoritates, quibus impulsi praeceptum Christi diligentius observare contendimus, nequaquam utimur testimoniis obscurioribus ac prolixioribus, sed vulgaribus et usitatis et simplicissimo cuiquam notis, ne sibi quis etiam nunc minus satisfactum dicere possit. Ante omnia rex propheta in spiritu Dei psalm. 2, 10 praecepit dicens: Et nunc, reges, intellegite, erudimini, qui iudicatis terram etc. Item deut. 17, 18. 19 similiter mandatur regibus, ut librum divinae legis et scriptum omnibus diebus vitae suae habeant ac legant, ut discant timere Deum suum et custodire verba et caerimonias eius, quae in lege scripta sunt.

Cum igitur Deus ibidem et passim alibi in scripturis dederit potestatem regibus et principibus non ad destructionem (ut Paulus ait), sed ad aedificationem et illos custodes ac defensores praeceptorum suorum esse iusserit, nullo modo contra officium regis et potestatis fecisse dicendus, qui id fecit, quod Deus superioribus praelatis ab omnibus subditis exigendum praecepit. Nisi ergo probatum fuerit, quod contra praeceptum Dei in hac ordinatione quicquam fecerimus, nunquam probari poterit, nos contra auctoritatem superioris potestatis aliquid constituisse, quoniam non tantum plenam auctoritatem, verum etiam consensum et praeceptum potestates omnes ex aequo habent, ut colant Deum iuxta praeceptum eius. Qui ergo in exsequendis mandatis Dei a potestate et custode et exactore illorum putant veniam petendam, perinde faciunt, ac si miles in procinctu atque acie pugnantium inimicorum adversa consistens nollet gladium pro communi defensione educere, nisi prius veniam a suo imperatore separatim postulaverit, cum tamen sub poena capitali commune praeceptum sit omnium, ut armati fortiter resistant etc. Nemo itaque iure nos

5 nequaquam: ne quicquam *M* nec quicquam *B*. 6 ac: et *M B*. 6 simplicissimo: simplicissime *M B*. 8 praecepit: praecipit; 10: — *M B*. 16 et: ac; ac: et *M B*. 19 praecepit: praecipit *M B*. 21 Quicquam: — *M B*. 23 praeceptum: praeceptorum *B*. 24 potestates: potestatem *M B*. 24 ut: et *M B*. 28 consistens: consistent; nollet: nollent *B*. 26—29 petendam . . . prius veniam: — *M*.

reprehenderit, si faciamus id, ad quod faciendum ex praecepto Dei et superiorum nostrorum scimus nos esse obligatos. De malo autem esset, si non fecissemus neque voluissemus facere id, quod scimus nos utriusque potestatis praecepto teneri.

## QVOD PRAECEPTVM DEI SIT NECESSARIO SERVANDVM.

Quoniam vero sanctorum martyrum exemplis et variis scripturarum testimoniis constat, quod etiam hominibus contradicentibus ac prohibentibus praeceptum Dei in iis, quae ad religionem et ad fidem spectant, sub poena aeternae damnationis non sit parendum, iuxta dictum divi Petri notissimum act. 4, 19: Oportet Deo magis oboedire quam hominibus. Et Christus Matth. 22, 21 Reddite, inquit, Caesari, quae sunt Caesaris, et quae sunt Dei, Deo. Item psalmographus psalm. 146, 3: Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus. Et maledictus, qui confidit in homine et ponit carnem brachium suum et a Deo recedit cor eius: Ier. 17, 5. Insuper Christus in evangeliis: Frustra me colunt docentes doctrinas hominum: Matth. 15, 9. Similiter apostolus 1 Timoth. 6, 3: Si quis aliter docet et non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, sed insaniens circa quaestiones etc., seiungere ab iis, qui eiusmodi sunt. Et ad Gal. 1.: Si nos aut angelus e caelo annuntiaverit vobis, praeterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit. Et similia multa testimonia, quae passim in utroque testamento legentibus occurrunt. Contra autem vel unicus psalmus 118, quem sacrificuli in horis canonicis orant et in ecclesiis publice decantant, omnibus Christianis posset aut deberet sufficere ad intellegendum, quanta veneratione et constantia adhaerendum sit mandato Dei. Ex pluribus pauca quaedam simpliciter sine ulla prolixiore explicatione proferemus: iudicent omnes et perpendant fulmina maledictionum, quibus orantes et psallentes cotidie devovent eos, qui recedunt a lege, viis, testimoniis et praeceptis

---

2 malo: *M B; in K ausgelassen.* 9 ac: et *B.* 13 inquit: inquam *M B.* 21 1: 1, 8 *M;* 1, 6 *B.* 23 evangelizavimus: evangelizamus *M B.* 25 sacrificuli: sacrificii *M* sacrifici *B.* 30 proferemus: proferremus *K* proferrimus *M B.* 31 psallentes: psallantes *M B.*

domini. Siquidem propheta ibidem in spiritu Dei dicit: Increpasti superbos, maledicti, qui declinant a mandatis eius, quia tu, domine, mandasti mandata tua custodire nimis. Lex tua, omnes viae tuae, omnia mandata tua et veritas. Item Christus Ioh. 12 de patre: Scio, inquit, quod mandatum eius est vita aeterna. Item: Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in aeternum: Ioh. 8, 51. Apostolus in fine 1 Cor. 16, 22: Si quis non diligit dominum Iesum Christum, sit anathema. Haec est autem dilectio Dei, ut mandata ipsius servemus, ut testatur Christus Ioh. 14: Si me diligitis, praecepta mea servate, et qui habet mandata mea et servat ea, is est, qui me diligit. Diligentibus autem dominum omnia operantur in bonum. Item: Pax multa diligentibus legem tuam, et non est illis scandalum. Longe autem a peccatoribus salus, quia legem tuam non exquisiverunt. Quid multa? Mundus transit et concupiscentia eius. Qui autem faciet voluntatem domini, manet in aeternum: 1 Ioh. 2. Et quia nos cotidie in oratione dominica oramus: Fiat voluntas tua. Quoniam autem illam ex verbo Dei bene scimus ac intelligemus, oportet etiam, si vere ex animo oramus, illam facere, ne vapulemus multis; neque enim possumus habere excusationem ignorantiae. Christus testificatur dicens: Omnia, quaecumque audivi a patre meo, nuntiavi vobis. Annuntiavit autem non tantum, ut sciamus ipsi et praedicemus aliis, verum etiam ut omnes omnia illa praecepta servemus. Quid enim (ait Christus apud Lucam) vocatis me Domine, domine et non facitis, quae dico. Quin et in fine evangelii secundum Matthaeum apostolis praecepit: Docete gentes servare omnia, quaecumque praecepi vobis. In quibus omnibus profecto nihil odiosum, nihil superfluum, nihil ad vitam aeternam non maxime necessarium credimus ipsum praecepisse neque versum alicuius rei necessariae oblitum, quam aliis post se inveniendam et excogitandam reliquerit. Ita si volumus ad vitam ingredi, servemus

1 ibidem: itidem *M B;* Increpasti: increpate *M B.* 2 declinant: declinunt *M.* 2—4 tu ... veritas: — *M B.* 5 inquit: inquam *M B.* 5 Item: — *M B.* 9 mandata: mandatum *M;* ut: ceu *B.* 15 faciet: facit: *M B.* 25 Quin: quia *B.* 26 praecepit: praecipit *M B.* 28 maxime: magis *M B.* 29 praecepisse: praecipisse *M B.* 30 inveniendam: inveniendum *M B.* 30—31 excogitandam: excolendum *M B.*

mandata et quidem mandata illius, qui solus est veritas, via et vita. Omnes autem homines, quod non sequuntur verbum Dei, declinarunt et inutiles facti sunt etc. et non est veritas in illis, quemadmodum asserit propheta: Omnis homo mendax. Exstant etiam benedictiones et maledictiones Mosi in deuteronomio, ubi omnium generum benedictionem benedicit omnibus, qui audiverint vocem domini sui, et contra omnium generum terribilium maledictionem maledicit omnibus audire nolentibus vocem domini Dei sui neque custodientibus ac facientibus mandata ac caerimonias eius. Quae omnia, si quis pius lector diligentius perpenderit, non videmus quid defensionis amplius super omnes et singulos articulos exiguae reformationis a nobis desiderari possit.

## DE EXEMPLO CIVITATVM IN PRAEFATIONE.

Sed procedendum ulterius ad explicandam sententiam nostram in eo, quod scriptum est: Nos exempla clarissimarum urbium secuti. Nec satis mirari possumus, cur illud nobis vitio vertatur, quod praecipue sperabamus pro nobis et pro causa nostra futurum, propterea quod non omnium primi per arrogantiam et temeritatem novitatis gratia susceperimus aliquid, quod non multo prius a viris doctissimis et experientissimis fuisset nomine Dei ordinatum; praesertim cum immediate dictum illud antecedat: Nec quid sine testimonio scripturarum, et immediate sequatur: Quae sunt ad salutem necessaria et habent manifestum mandatum Dei. Itaque ecclesias aliarum civitatum non simpliciter, sed eatenus secuti sumus, quod illae Christum et verbum eius sequuntur, sicut etiam apostolus hortatur: Imitatores mei estote, sicut ego Christi. Ubi vero Christum non sequuntur, neque claritatem urbium, neque magnorum regnorum, sed nudum verbum domini, quod est lucerna pedibus nostris et lumen semitis nostris, illud unicum respicimus et semper respiciemus. Quamquam et nos de omnibus, in quibus aliarum civitatum exempla secuti sumus, habemus manifestum verbum Dei, quod Deo ipso volente partim nunc, partim posthac (si opus fuerit) alias copiosius demonstraturi sumus.

---

4 etiam: enim *M B.* 5 Mosi: Mosis *M B.* 6 vocem: verbum *M B.* 7 Et: E *M B.* 9 ac: et; ac: et *M B.* 25 verbum eius: eius verbum *M B.* 28 domini: Dei *M.* 31 exempla: exemplar *B.*

## AD SCRIPTVM DE DOCTRINA.

Quod in verbis de doctrina quaedam de ministris acerbius scripta videntur, non indignabitur, quisquis intelleget, de quibus senserimus, licet in opusculo non decuerit, omnia nominatim ponere. At de venerabilium dominorum Albensium et Strigoniensium examine nihil conquesti sumus neque fidem ac diligentiam illorum iudicavimus. Sed luce clarius constat, quod superioribus annis quidam homines a litteris et ab omni pietate alienissimi, incertum cuius negligentia, cum hic non liceret Romae sub titulis sine risu recusandis, nullo praecedente examine pecunia mercati sunt ordinationem, quorum nonnulli quondam in hac provincia cum magno offendiculo hominum infructuosissime administrarunt, usque adeo rudes et crassi, ut nesciamus, an aliquis ingeniosum psittacum, non citius docuisset Latinum introitum quam illos celebrationem unius et eiusdem missae. Et cum nescirent contionari neque infantes baptizare neque missam celebrare, sacramentum administrare, tamen vicem ministri pro consuetudine supplebant. Quis enim pius vir profanationem huius s[acri] ordinis non condoleret, ubi similia videt et audit, quis non istam hypocrisin, quae in ignominiam aliorum bonorum et simpliciûm cedit, iure exsecrabitur? De piis enim et honestis pastoribus et ministris honestissime semper locuti sumus et loqimur ac eos in meliori pretio et honore habemus ac iustioribus proventibus fovemus quam antehac unquam.

## DE BAPTISMATE.

In textu de baptismate nihil videmus, quod non ex antiquissimis ecclesiasticis scriptoribus perfectius quam ex nova declaratione possit intellegi. Si quis tamen ceteros bonos auctores fastidit, saltem legat in decreto Gratiani de baptismate et plura cognoscet, quam nos scribere volumus, licet communi consensu omnium Chrisi fidelium, sicut nunc ita olim, anabaptismus fuerit prohibitus, de quo non arbitramur ulterius esse disputandum.

---

6 Ac: et *M B.* 7 iudicavimus: iudicarimus *M.* 9—10 *Zwischen* Romae *und* nullo *deuten M B bloss eine Lücke an.* 18 s[acri]: sancti *B.* 20 quae: quod *M B.* 21 pastoribus: patribus *B.* 22 ac: et *M B.* 26 textu: textum *M.*

Ceterum quod ex vocabulo ‚usus' ibidem inserto quibusdam videmur non rectam neque catholicam de sacramentis habere sententiam, ut ex dignitate porrigentis personae aut accipientis veritatem sacramentorum metiri, nunquam ista fuit intentio nostra neque verba nostra illud significare possunt, quod facili negotio licebit ostendere, quamvis et paulo superius satis aperte confessi sumus, quod sacramentis nihil accedit neque decedit ex qualitate, hoc est ex dignitate et indignitate ministrantis, hoc est quod dignus aut indignus usus non faciat vel tollat sacramentum. Tamen quoniam a theologicis rebus cogimur ad grammaticam descendere, dicimus atque affirmamus, quod vocabulum ‚usus' neque in loco hoc, nec fere alias oppositum sit ad abusum, sicut neque ad opus malum contrarium esse potest, id quod multis auctoritatibus et Cicerone et aliis (si nunc locus esset) probare possemus; sed iuxta germanam et veram sententiam usus bonus et absus sunt opposita. Usus autem et non usus, sicut opus et non opus, similiter contrariantur. Et quemadmodum opus duplex: bonum et malum, ita et usus duplex: bonus et malus. Bonum autem usus generale est et commune ad utrumque. Sed nunc ista sufficient.

## DE MISSA PRIVATA.

Quantum ad rationem de missa attinet, quoniam negotium istud paucis verbis perfici non potest nec nobis pro aliorum instructione opera prolixiora cudere licuit, optaremus, ut ex libris doctissimi Philippi Melanthonis ac aliorum iudicia probatissimorum theologorum pleniorem declarationem, qui vellent, peterent. Nam et nos iisdem causis moti sumus, quibus et ipsi. Sed quoniam auctoritates ex sacris litteris de missa a nobis requiruntur, tametsi hoc genus litigandi in omnibus aliis causis inusitatum sit, ut actore nihil proponente reus cogatur onus probationis in se suscipere, quid amplius dici potest? Cum nemini pietatis studioso ignotum esse arbitremur formam ac verba institutionis sacro-

1 usus: ubi non adhibetur in usum *M B.* 1—2 videmur: videtur *M B.* 3 ut: aut *M B.* 6 aperte: aperti *M.* 10 quoniam: quod *M B.* 13 et: ex *M B.* 15 germanam: Germanam *B.* 18 Bonum autem: Opus autem et *M B.* 19 sufficient: sufficiant *M B.* 23 prolixiora: prolixiore *M.* 25—26 Nam . . . ipsi: — *M B.* 28 genus: opus *M B.*

sanctae cenae domini, quod nos missam appellamus, quam formam divus Paulus affirmat se accepisse a domino 1 Cor. 11. Ad praeceptum autem domini nihil cuiquam homini licitum est ab ordinatione Christi declinare ad dextram aut sinistram. Quisquis autem praedictorum aliquid fecerit, contra Christum facit Christo ipso teste, ubi dicit: Qui me non diligit, sermones meos non servat. Et alibi: Qui non est mecum, dispergit. Summa summarum: qui non facit, quod facere debet, videtur facere adversus ea, quae non facit. Et qui facit, quod facere non debet, non videtur facere id, quod iustum est. Verum ut complura brevitatis causa supprimamus, illud praetermittere nequaquam possumus, quod exstat in apostolicis libris: Iustus ex fide vivet, et sine fide nemo placere potest Deo. Quicquid enim ex fide non est, peccatum est. Atque fides ex auditu, auditus per verbum Dei. Si ergo nos in hac parte nihil fecerimus, cuius non habemus manifestum verbum Dei et testimonium Iesu Christi, probamur veram fidei virtutem nunquam amisisse, quia neglecta scriptura, quam Christus apud Iohannem 5. cap. praecipit scrutandam, sequuntur id, cuius nullum certum neque evidens verbum aut praeceptum Dei habent; videant, obsecramus, ipsi, qua fide quid agant et considerent, ne iudicent ipsimet opus eorum proprium. Quoniam fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id, quod positum est, quod est Christus Iesus 1 Cor. 3, neque licitum aut tutum est, irritum facere praeceptum Dei propter traditiones hominum, id quod Christus Pharisaeis severissime exprobravit. Et divus Paulus: quod hominis testamentum mutare non liceat, multo minus testamentum Christi. Quaecumque etiam scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per consolationem scripturarum spem habeamus etc. Rom. 15.

## DE PARTICIPATIONE MENSAE DOMINI.

Sed fortassis a nonnullis criminamur, quasi missam funditus sustulerimus et nullum illius vestigium habeamus? Idcirco palam faciemus omnibus, quod missa secundum ordinationem

---

3 autem domini: domini autem *M B.* 10 complura: cum plura *B.* 13 enim: etiam *M B.* 16 probamur: probamus *M B.* 17 quam: qua *M.* 21 ipsimet *M B,* ipsimit *K;* eorum: locorum *M B.* 26 testamentum: testimonium *(zweimal) M B.* 28 scripturarum . . . Rom.: etc. *M B.* 32 missam *K M B.*

Christi nunquam sincerius neque maiore cum veneratione apud nos fuerit celebrata, quam hoc tempore peragitur. Quemadmodum suo tempore et loco testificabuntur omnes, qui formam religionis et caerimoniarum in nulla parte reprehensibilem ac vituperandam in ecclesia nostra viderunt ac etiam deinceps visuri sunt.

Ceterum quod aliquos movet articulus de participatione cenae Domini sub utraque specie, praeter alias plerasque causas recordamur adhuc, quod quidam pii homines apud nos superioribus annis flagrantissimo affectu communionem corporis et sanguinis Christi domini petiverint et cum semper et constanter illis denegaretur, postea in infirmitatibus decumbentes, ubi sentiebant, sese iam morituros, horrendis exsecrationibus vindictam Dei iis imprecati sunt, a quibus ipsis negatum praedictum sacramentum secundum formam institutionis Christi. Quae res non paucis hominibus in patria nostra innotuit et per iustam indignationem cotidiano motu praecedens aspirante Deo potentius illud impetravit. Sed concedamus et hanc causam esse leviusculam, tamen insuper compertissimum habemus ex relatione fide dignorum testium et ex quibusdam impressis libellis, qui iam per Transylvaniam circumferuntur, quod praesente Caesarea maiestate et legato summi pontificis ceterisque principibus ac imperialium civitatum legatis, omnium denique Christianorum statuum et ordinum hominibus, non expectato generali concilio Ratisbonae concorditer ab omnibus conclusum et susceptum fuerit, ut observatio cenae Domini iuxta institutionem Christi sub utraque specie omnibus provinciis, civitatibus, oppidis et cuiuslibet conditionis hominibus ab isto tempore debeat esse libera. Quapropter in eo negotio, quod auctoritate summi pontificis, Caesareae maiestatis et multorum aliorum magnorum ac prudentissimorum virorum consensu semel determinatum est, pariter et ab omnibus permissum, nemo potest nos iure arguere, quod sine licentia superioris potestatis quicquam in hac re privatim egerimus.

---

1 Christi: divinam; maiore: maiori *M B*. 3 tempore et loco: loco et tempore *M B*. 8 recordamur: recordamus *M*. 11 sentiebant: sensiebant *M*. 13 negatum: denegatum *M B*. 16 aspirante: at spirante *B*. 18 compertissimum: compertum *B*. 19 per: et per *B*. 29 ac: et *M B*.

## DE RELIQVIS CAERIMONIIS.

In caerimoniis et cura aegrotorum nihil intelligemus, cui contradicere aliquis veritatis amator possit; nam in his omnibus ita temperavimus, ut etiam hi, qui vident et intersunt, nisi libellum reformationis legerint, vix ullam illorum mutationem sentire possint. Quod autem officium matutinum sine exemplo aliorum locorum translatum est in tempus aurorae, et ratio potissimum impetit, quam proferemus. Cum superioribus annis non mediocris exercitus diversorum militum exspectans adventum gubernatoris Ludovici Gritti per integram fere aestatem in hac provincia versaretur et omnes arces ac propugnacula per provinciam clausa tenerentur, quidam ecclesiastici pastores simul et ministri, nacti occasionem aliorum negotiorum ac occupationum, quibus etiam revera tunc obstricti fuerant, officia divina (ut postea cognitum est) etiam post solutam obsidionem provinciae aliquamdiu intermiserunt idque per proximum superius biennium in custodiis moeniorum, multo magis ipsa necessitate urgente, eodem modo fecerunt et (ut fieri solet) illam prius coactam neglegentiam ac a divinis officiis cessationem in consuetudinem rapuerunt, ita ut etiam nunc, postquam arces metu periculorum clausas teneremus, cum noctu in templis non possent, etiam interdiu noluerunt huiusmodi officia peragere. Quod nobis minime tolerandum videbatur nec tamen etiam aliam rationem propter situm templorum invenire potuimus, nisi ut illa officia more solito ad honorem Dei peragentur, tempus tamen mutaretur; nam alterutrum necessario erat faciendum: aut [ut] officia Dei prorsus abolerentur, aut ut alio tempore peragerentur. In ceteris tenemus certum, dimittimus incertum, nec quemquam ullo verbulo cogimus, ut sentiat nobiscum, quemadmodum omnibus iuxta spiritum suum liberum est sentire quid velint; ut rectum et verbo Dei consentaneum sit quoque sentiant.

---

8 impetit: imperat *B.* 9 exercitus: exercitiis *B.* 10—11 versaretur: versarentur: *K M B.* 11 ac: et *M.* 16 idque: ideoque *M.* 20 clausas teneremus: liberatas tenemus *M B.* 25 peragentur: peragerentur *B.* 26 Dei: — *M B.*

## DE SEQVENTIBVS TITVLIS.

Praeterea in articulis de absolutione non aliter quam catholici locuti nobis videmur. Nam quod abusus quorundam imperitorum ministrorum apud nos nullo modo tolerandos severius attigimus et prohibuimus, hoc sane confidimus neminem pium unquam vituperaturum. Similiter etiam in duobus proxime sequentibus titulis de vocatione et officio ministrorum nihil omnino possumus advertere, quod ad ullius iniuriam pertineat, cum nos totum illud ad emendationem eorum, quae prius per incuriam impie neglegebantur, scripseramus, denique omnes ubique boni viri gaudebunt [. . .], quam ut offendantur.

Sed etsi in omnibus iam annotatis articulis a nobis esset erratum, id quod nulla ratione possumus intellegere neque cognoscere, tamen respectum sequentis ordinationis scholarum, pauperum et pupillorum nunquam non probandum. Cetera omnia non immerito deberent communi caritati condonari et in optimam partem, sicuti scripta sunt, ita etiam interpretari. Praesertim quod soli sine ullo cuiuspiam ecclesiae vel civitatis exemplo causam pupillorum minime contemnendam sincerissime tractavimus. Qua quidem in causa quantum iniquitatis olim in rebus pupillorum fuerit admissum, nunquam satis dici potest. Quicquid autem id est, quod ad ordinationem scholarum, instructionem bibliothecae et pauperum sustentationem ac cetera pertinent, sine magnis impensis perfici non potest, ut prorsus hoc negotio appareat, quod in extrema tenuitate nostra nequaquam iucundiores delicias aut maiorem in hoc saeculo gloriam, sed honorem Dei omnipotentis et salutem proximi quaesiverimus. De quo impraesentiarum nihil amplius videtur dicendum.

## DE VERBIS IN FINE CONCLVSIONIS.

Quod autem ad dictum in fine conclusionis aut epilogi nobis obicitur, illud nimirum ‚sanguis eius super eum‘ quasi hac quodammodo mala imprecatione ceteros omnes homines (ut inter-

4 nullo: ullo *M B.* 11 quam ut offendantur: — *M.* 12 in omnibus: — *M.* 17 sicuti: sicut *M.*; sunt: est *K M B.* 28 dicendum: — — *M B.* 31 hac: hoc *M B.* 32 mala: mota *M B.*

pretantur aliqui) velimus ad similem observationem cogere, salva omnium bonorum scientia speramus, quod ex hoc dicto nunquam poterit istud comprobari, et ut nunquam istam intentionem habuimus, ita nullum eiusmodi factum nostrum extra patriam potest contra nos ostendi; atqui notissimum est, sacras litteras diligenter evolventibus istam loquendi formulam non esse nostram, sed apostolorum et prophetarum, id quod paucis demonstrasse suffecerit. Divus Paulus actor. 15 contradicentibus et oboedire nolentibus evangelio Iudaeis excutiens vestimenta sua dixit ad eos: Sanguis vester super caput vestrum, mundus ego ab hoc tempore ad gentes vado. Et Iosuae cap. 2, v. 19: Qui ostium suae domus egressus fuerit, sanguis ipsius erit in caput eius et nos erimus alieni. Itidem Ezech. 33: Audiens sonitum bucinae et non observans, si venerit gladius et abstulerit eum, sanguis ipsius erit super caput eius. Et in multis aliis locis scripturae similiter. Quod quid aliud in omnibus praedictis sententiis pariter et nostra significare potest, quam si quis dicat: Qui salutem propriam neglexerit et incommodum sponte asciverit, ipse sibimet culpam ascribere debet, ipse pro se rationem redditurus est neque poterit causam suae perditionis in alios reicere, nemo ipsum amplius excusabit etc. Quae sententiae nostrae significatio quantum a cogendo distet, facile quivis intelleget. Quamvis et alias satis notum est omnibus, quod Deo minime gratum sit ullum coactum obsequium.

## CVR LIBELLVS IMPRESSVS ET EDITVS SIT.

Postremo, quod quaeritur, qua auctoritate libellum reformationis imprimere et in manus aliorum emittere tentaverimus, licet nemini dubium sit, quod hactenus in toto terrarum orbe omnibus impressoribus sub quacumque potestate constitutis fuerit liberum et nunquam ulli prohibitum, quoscumque libros etiam exsecrationibus dignos imprimere et publicare; attamen quoniam nobis praeteritum illud obicitur et improbatur, etiam huius rei plenissimam rationem reddemus, quamvis magis speraverimus

1 observationem: observantiam *M B*. 6 evolventibus: evolentibus *M*. 12 et nos erimus alieni: etc. *M B*. 13—15 Itidem . . . eius *in M B hinter* similiter. 15—17 Quod . . . dicat: — *M*. 31 improbatur *M B* improperatur *K*.

Transylvanos omnes congratulaturos, quod ad ornamentum patriae nostrae communis aliquid etiam apud exteros minime vituperandum e medio illorum prodiisset. Nunc vero ubi contrarium accidit, nos veritatem causarum nostrarum minime celabimus. Impressus itaque fuit libellus, ut antehac alias et nunc testatum esse volumus, pro nostris pastoribus et ministris non aliam maiorem ob causam, quam ut in his tumultibus unusquisque illorum certam et ab omnibus eodem modo iuxta verbum Dei constitutam formam in administrandis sacramentis et reliquis caerimoniis haberet, nec (ut antehac factum comperimus) quilibet pro suo intellectu in praesenti confusione bellorum et obsidionum, quam singularum ecclesiarum ratio et cura prolixis occupationibus nullo modo habere potuit, novis et proprio intellectu excogitatis ritibus uteretur.

At si res nostrae tempore praeterito et hoc, in quo habitamus, fuissent beatiores in hac parte conditionis, merito fortasse a nobis ratio istius facti requireretur. Sed cum neminem lateat, nos iam per aliquot annos partim fuga, partim tractandis armis, tam antecedentibus rumoribus armorum quam etiam praesentibus diuturnis obsidionibus gravius pressos et fatigatos fuisse quam ullam aliam partem totius Transylvaniae. Quo quidem tempore patria nostra felicis memoriae sacrae regiae maiestati ac postea similiter sacrae reginalis maiestatis commodo et prosperitati non sine singularibus impensis fideliter servivit, nihil aliud per editionem huius libelli quaesivimus nec quaesivisse ullis argumentis convinci possumus, quam ut consuleremus publicae concordiae ac vitaremus confusionem ac neglegentiam circa observationem religionis, quae huiusmodi temporibus adeo tenaciter plerumque solent radices figere, ut etiam reparata pace magnis laboribus vix liceat mederi.

Proinde confidimus et speramus, quod optimi quique viri et sincerae religionis amantissimi, ut interim taceamus de aliis plerisque causis, hanc unicam satis iustam et sufficientem sint intellecturi et suscepturi, quae nisi nos ad talem ordinationem

---

2 communis: — *M B.* 9 reliquis *M B* reliquiis *K.* 16 ratio istius facti: istius facti ratio *M B.* 18 antecedentibus: accedentibus *M B.* 19 gravius: gravibus *M* gravissimis *B.* 20 totius: — *M.* 21 s[acrae]: suae *B*; maiestati: maiestatis *M B.*

impulisset, non parvam procul dubio iacturam hoc tempore et in his ultimis partibus Christiana fides accepisset.

Accedit et hoc, quod superstite adhuc piae recordationis sacra regia maiestate, domino quondam nostro clementissimo et verae religionis ac praeceptorum Christi aemulatore ferventissimo, nunquam prohibitus cuiquam fuit sincerus cultus Dei, cuius rei evidens testimonium videtur, quod tum temporis quibuslibet libere permissa fuit importatio omnigenum librorum in diversas partes totius regni Hungariae. Unde plurimi ubique homines copiam illorum consecuti legerunt, cognoverunt et firmius imbiberunt, quae in illis continentur, quam ut ullis modis patiantur ea ex animis suis evelli. Et cum quilibet pro suo ingenio intellegendas contenderet eiusmodi scripturas, tanta barbaries dissensionum in ecclesiis nostris brevi subsecuta fuisset, ut in promiscuo vulgo nulla facultate potuisset componi, nisi uterque magistratus, videns de die in diem rem illam in immensum crescere, partes suas maturius interpossuisset atque animos omnium praeventum publicae conditionis sedasset.

Cum autem per instantem tunc temporis necessitatem deliberatio huius causae cum ceteris popularibus communicari nequiverit et populus in tam gravibus periculis constitutus omnem culpam malorum manifeste reiceret in neglegentiam praeceptorum Dei et ordinationis Christi, ne videremur aliquem ad eandem observationem cogere (ut etiam nunc nobis a quibusdam improbatur) neve tunc praesens malum alio graviore malo cumularemus, etiam propria conscientia coacti sumus pro conservatione nostra et imprimis pro gloria nominis Dei oboedire patri caelesti praecipienti: Ipsum filium scilicet meum dilectum audite. Et sequi Christum vocantem ac omnibus dicentem: ·Venite post me et sequimini me. Qui sequitur me, non manebit in tenebris. Qui autem ex Deo est, verba Dei audit. Et melius est oboedire Deo quam sacrificia et victimae: 1. Sam. 15. Quemcumque puduerit

---

6 prohibitus: perhibitus *M B.* 8 fuit: fuerit *M.* 9 ubique: utique *M B.* 18 conditionis: seditionis *M, (als Randbemerkung) B.* 19 tunc *M B,* tum *K.* 20 cum: in *M;* communicari: communicare *M B.* 23 videremur: videremus *M B.* 24 observationem: observantiam *M B.* 24—25 improbatur *M B,* improperatur *K.* 28 meum: — *M B;* audite: audire *M B.* 29 ac *M B.* 31 Quemcumque: Quicunque *M.*

mei et sermonum meorum (inquit Christus Marc. 8) in generatione ista etc. et filius hominis confundet eum, cum venerit in gloria patris sui cum angelis sanctis.

Ceterum quominus in manus aliorum exemplaria reformationis venirent, facile intellegi potest, quod nos prohibere non potuimus, praesertim quod quidam studiosi suo nomine mercati libellos amicis eorum ita efflagitantibus ad diversas partes transmiserint: Nos vero neque illorum nec aliorum similium exemplaria ad nundinas ullas vendenda unquam circumveximus.

Ex quibus manifeste liquet, quod in omnibus, quae nobis obiciuntur, sumus innoxii et nulla parte culpabiles, quatenus fecimus id, quod Deus omnibus faciendum praecepit et iam a maxima parte Christianitatis est receptum. Satis denique constat, quod id, de quo nunc agitur, sit negotium Dei, et non negotium hominum, ideoque cognitio et diiudicatio eius ad summum Deum pertinet. Quid autem iuxta sententiam aliquorum profuisset, evangelium pure et sinceriter praedicare et ex verbo Dei docere ac praecipere, ut faceremus illud, in quo etiam praedicantes ipsi facere volentem prohibebant? At Christus Matth. 5. palam concludit dicens: Qui solverit unum de mandatis etc. et sic docuerit, minimus vocabitur in regno caelorum. Cum igitur in omnibus praedictis Christum et verbum eius secuti simus, et nihil contra illud probari potest nos fecisse nec aliquem tam inhumanum scimus aut intellegimus, qui verbum Christi prohibeat aut unquam prohibuerit; contra neminem videmur perperam egisse. Sin autem in hac brevi et praecipitata defensione aliquibus bonis viris non sit ubique satisfactum aut aliquid amplius ex certis ipsorum causis opponere voluerint, ubi nobis cognitum fuerit, copiosius respondere semper parati erimus. Interea cupimus omnes felicissime in Christo valere. Coronae 1543.

---

1 Marc.: Matth. *M B.* 2 confundet: contundet *M (nachträglich korrigiert).* 6 quidam: quidem *B.* 12 praecepit: praecipit *M B.* 13 Satis: scitis *M.* 14 de: in *M B.* 16 Quid: quod *M B.* 28 respondere: responderi *M.* 29 felicissime: — *M B.* 30 Coronae 1543: — *M B.*

# IV.

# Die Schulordnung.

## D. O. M. S.
## CONSTITVTIO SCHOLAE CORONENSIS, A B. M. IOHANNE HONTERO, PRIMO REFORMATORE ECCLESIAE CORONENSIS, CONSENTIENTE ET APPROBANTE AMPLISSIMO SENATV ANNO MDXLIII LATA ET PROMVLGATA.

### I. ORDINATIO STVDII CORONENSIS.

1. Rector scholae omnes synergos et paedotribas idoneos conducat et semper attendat ac sciat, qua fide quisque officium suum exsequitur.

2. Praeceptores classium uno et eodem tempore simul et non per successionem suas lectiones praelegere debebunt.

3. Hora prima rectori sit libera, synergis autem hora publicae lectionis. Ceteris horis singuli semper in schola discipuli adesse teneantur.

4. Cantor hora prima cotidie exerceat musicam; secretarius iuxta officium suum scribendi modum pueros doceat et arithmeticam.

5. Praefectus tertiae classis sub utroque sacro officio lectiones cum iunioribus in schola repetat et exerceat.

6. Ex pulsantibus duo cotidie per vices sub summo et vespertino officio parvulos examinare teneantur.

7. Qui suum officium, nemine in locum suum substituto, sponte neglexerit, iudicio ludirectoris et censorum multabitur.

8. Rudimenta rhetorices et geographiae, similiter et ratio carminum alternis vicibus in ludo litterario semper doceantur.

9. Exercitium dialecticae et grammaticae Graecae ac Latinae tota septimana nunquam praetermittatur.

10. Sabbatis diebus semper una lectio mane legatur, dehinc exercitium grammatices et musices subsequantur.

11. Una lectio Graeca cotidie in schola continuetur. Difficiliorum lectionum expositio et examen minime posthabeatur.

12. Studiosis sine graviori causa non liceat amplius quam semel in mense pariter exire ad montes etc.

13. Comitia in vere et autumno, disputationes et declamationes alternis septimanis, iudicia singulis sextis feriis celebrentur.

14. Comoediae duae semper institutae habeantur nec aliquis maiorum ab officio personae comicae sit exemptus.

15. Qui mansionibus publicis et consuetis privilegiis utuntur, ecclesiasticis ministeriis inter se sunt obligati.

16. Nemo studiosorum aliquem contubernalem absque permissu rectoris in suam habitationem recipere audeat.

17. Lectionibus singulis quisque in sua classe intersit nec aliquis sine venia scholam aut templum egrediatur.

18. Exercitia musices sub vesperam omnibus sint libera, sic tamen, ut aliorum quies et studia importunis clamoribus non interturbentur.

19. Quidquid ludirector praeceperit aut prohibuerit, ab omnibus pro lege servandum iudicamus.

## II. LEGES SCHOLASTICAE.

Vos, qui venitis huc honestis moribus
Et artibus bonis studendi gratia:
Vestra voluntate agite, quod bonos decet,
Ut non opus sit esse verberonibus.
Nam quisquis hoc in animum sic induxerit,
Huic omne studium cedet ex sententia
Operaequae fructum demetet pulcherrimum.
Ignavus autem ad hoc quod nil lucri feret,
Virgis simul caesis operietur asperis.

---

33 *Original:* caesim. *Dagegen* caesis *in Honters Grammatik 1551 (s. Teutsch, Die siebenb.-sächsischen Schulordnungen [Monumenta Germaniae paedagogica VI.] Berlin 1888. I, 8, Z. 38.*

1. Suum magistrum digno honore non colens,
2. Eiusve paedotribis non obtemperans,
3. Ad lectiones tardius se conferens,
4. Silentium non ore clauso continens,
5. Sub praelegendo hoc non sed aliud cogitans,
6. Ab ore declamantis alio divagans,
7. In lectione, quae iubentur, non notans,
8. Praelectionem pridianam non tenens,
9. Demensa, quae ediscenda fuerant, posthabens,
10. Germana non Latina cuiquam colloquens,
11. Non cotidie Latinum autographum exhibens,
12. Quicquam, quod ad discendum nil facit, movens,
13. Aliis studendi occasionem deterens,
14. Solutior subselliis inambulans,
15. Horsum vel illorsum strependo cursitans,
16. Inter sodales inimicitias seminans,
17. Peccantibus sub audiendo assentiens,
18. Industriae peccata aliorum contegens,
19. Inordinate se sacris templi inferens,
20. Inter sacra oscitanter aliis concinens,
21. Mente incomposita contiones audiens,
22. A lectionibus sive sacris emanens,
23. Quoquam insalutatis praesidibus exiens,
24. Per publicam viam indecenter ambulans,
25. Magnatibus obviis honorem non ferens,
26. Parentibus suis domi non obsequens,
27. Docta in schola domi suae non ruminans,
28. Corporis et vestium munditiem neglegens,
29. Innoxium sodalem temere verberans
30. Fictasque causas mentiendo proferens,
31. Hominem pecusque saxis iaculando petens
32. Lusumque abstrusis angulis furtim dens,
33. Aliena tollens ac sublata detinens,
34. Sit summa, quicquid quod parum decet, patrans,

Poenas dabit conciso ferula corpore,
Quo gladio in hosce sontes animadvertimus.

---

6 *Bei Honterus a. a. O.:* declinantis *(s. Teutsch a. a. O. Z. 39).*
13 *Bei Honterus a. a. O.:* rationem *(s. Teutsch a. a. O. Z. 40).*



A. Kir. Horthy Miklós-Tudományegyetem Könyvtára Szeged

## III. ORDO MAGISTRATVM CONSTITVENDI ELIGENDIQVE IN SCHOLA CORONENSI ET EIVSDEM OFFICIA.

In monte Gymnico (quem a nostris exercitiis ita vocatum volumus) habebuntur singulis aequinoctiis comitia studiosorum ad eligendos novos magistratus, excepto rege, cuius unius officium per integrum anni spatium semper durabit et tamen nunquam ulterius prorogabitur. Itaque die comitiorum praeco mandet omnibus, ut prandio peracto conveniant et universi simul ad praescriptum locum sese conferant. Postquam illuc ventum fuerit, habitis de more exercitiis et causis auditis et cognitis, orator praefatus aliquid de consuetudine, de officio et diligentia magistratuum, de conservandis honestis exercitationibus, quae ad ingenium et industriam excolendam sunt ordinata, aut ceteris similibus rebus dicat.

Deinde ceteri magistratus, secundum ordinem electionis gratiis primum actis et habitis ad coetum scholasticum, orationibus se abdicent ab officiis et deponant magistratus. Postea concordibus decurionum suffragiis principio eligatur praeco, is statim de electione reliquorum a decurionibus quaerat sententiam, nec cuiquam privato liceat ferre suffragium, sed tantum pedibus in decurionum sententias descendere.

In electione vero adhibeatur industria, ne quicquam temere aut inconsiderate ad gratiam vel propter odium agatur, neque unius suffragium sine certa ratione sequantur ceteri, sed ex contrariis et discrepantibus sententiis deligant, quod est optimum, ne aliquis factam electionem ulla ratione queat reprehendere. Qui causas idoneas habeant, ne vereantur contradicere ceteris. Qui aliquid dixerint, fecerint, studeant id ipsum rationibus suis defendere. Electi misceantur ex omnibus classibus, ne cuiquam spes ad haec officia videatur esse praeclusa. Qui vero fuerint designati, decurionibus ac reliquo coetui studiosorum gratias agant, fidem ac diligentiam polliceantur.

Ceterum electio procedat eiusmodi ordine. Duo censores primo eligantur, deinde orator. Secretarius, musicus et aedilis: hi omnes a decurionibus eligantur. Rex autem communi omnium

suffragio ex minoribus primae classis deligatur. Item ex consilio praedictorum magistratuum praefectum constituat, ultimo centuriones et decuriones ordinentur, qui magistratuum consiliis intersint et mandatis eorum pareant.

Totus autem studiosorum coetus dividatur in decades viginti, centurias duas. Decadibus praesint decuriones, decurionibus praesint centuriones. Nemini liceat duplici officio praeesse.

Communis quoque lex erit omnibus, ut nemo quicquam, quod ad officium suum non pertinet, aggrediatur. Qui per biduum aut triduum sese putat afuturum, constituat interim aliquem sui vicarium.

Post octavam ab electione diem rex habita oratione in ludo litterario, promittat omnibus fidem suam ac diligentiam. Deinde officiales, quod fideliter ac promptis animis fungi velint officio et magistratibus obsequi, promittant.

Si quis vero per contemptum et insolentiam officium neglexerit, aut infamiae labem ex malefacto aliquo contraxerit, nisi strenua diligentia et supplicationibus id ipsum emendet, geminorum censorum et communi omnium consilio ante tempus ab officio deponatur. Depositus autem per unius anni spatium extremum suae classis locum teneat, quae quidem infamia propter emendationem morum in schola dumtaxat locum habeat, foris minime.

Cetera, quae ad conservationem reipublicae pertinebunt, magistratus pro suo arbitrio deinceps ordinabunt. Ne tamen officium a quoquam per ignorantiam praetermittatur, singulorum officia breviter edisseram, vos diligenter advertite.

Censores ab omni imperio exemptos esse volumus, et ceteris quidem omnibus secundum aetatem sedentibus, soli censores primum locum iuxta regem teneant. Eorum officium erit, nihil committere, quod reprehensione dignum videatur, omnia quae ab aliis geruntur speculari et observare, puerorum mores informare, bonas consuetudines conservare, turpes abolere, neglegentes et infames ab officio deponere, comitiorum dies praescribere.

Rex diademate supra pileum (si volet) utatur, nunquam nisi diebus festis templum ingredi compellatur, inter duos censores locum habeat. Censorum consilio cuncta administret, interdicat, concedat, causas audiat, lites discernet, poenas infligat et absolvat.

Praefecti officium: profestis ac festis diebus iuventutem exercere, instructiones acierum et aliorum honestorum ludorum, meditationes ordinare, omnibus quae ad exercitationem pertinent praeesse.

Oratoris officium: in depositione magistratuum et omnibus negotiis publicis alta lingua sermonem facere, in consiliis et proposito negotio praefari, cum gratiarum actionibus coetum dimittere, causas agere, accusare et defendere.

Secretarii officium: nomina magistratuum et ceteras res nuntiarias litteris mandare, puerorum scripturas examinare, vitia corrigere et formam scribendi tradere.

Musici officium: singulis hebdomadibus musicam semel exercere, cantiones et formationes notularum docere, rationem carminum et modum scandendi quaerentibus ostendere.

Praeconis officium: concilium indicere, silentium mandare, reos ad magistratus citare, mandatis censorum obsequi.

Centurionum officium: centurias quemque suas ordinare, instituere et gubernare, decurionum auctoritatem defendere, neglegentes animadvertere.

Decurionum officium: subditos in ludo ordinare, honestis moribus instituere, concordiam inter eos alere, neglegentes accusare, probos defendere.

Qui declamationes ediscit, liber et nullius subditus habeatur.

Habetis optimi commilitones omnem rei bene gerendi ordinem; nunc diligenter apud vosmet ipsos considerate, quia non semper eritis pueri, quapropter dum tempus habetis viaticum ad senectutem praeparate.

[His officiis a doctissimo viro IOHANNE HONTERO piae memoriae nostro senatui scholastico hoc modo et ordine constitutis duo addere voluimus, non gratia extenuandi illius constitutionem (quod ne nobis in mentem veniet, Deus prohibeat), sed confirmandi et corroborandi potius eandem. Cum enim difficillimum sit uni personae per spatium septimanae unius operam locare studiosis in utriusque musicae cum choralis tum mensuralis praeceptis proponendis: non abs re futurum iudicavimus, si superiori musico alium adiungeremus.

Praeterea cum mansiones nostrae scholae non sub iisdem repagulis sint, sed diversis in locis, sit etiam difficile, aliis per-

sonis, quae totius scholae labores paene sustinent, habitationes et res pertinentes ad scholam singulis diebus perlustrare aut singulis horis bibliothecam reserare et observare, munditiem ibidem et in aliis locis curare, praeficere oeconomum cunctis iam enumeratis et quae recenseri nequeunt statuimus. Horum officia ut sciatis, quae sint, diligenter advertite.

Musici secundi itaque officium est, sequentibus his diebus septimanae, Lunae videlicet, Martis, Mercurii, Iovis ab hora prima ad secundam usque praecinere cantiones musicae mensuralis in templo canendas. Studiosis ignaris eius artis ostendere cantionum claves, genera cantuum, mutationes vocum, modos et tonos.

Oeconomi officium est, singulis diebus ab hora quinta usque ad sextam reserare bibliothecam, sexta hora claudere, vigilanter custodire bibliothecam et libros, ne quis loco moveatur aut auferatur, singulis mensibus pavimentum superius, hinc et libros a pulvere purgare, quae omnia tamen adminiculo aedilis faciet, qui suam operam in his exsequendis semper locabit. Aestivo tempore circiter horam nonam, hiemali vero octava perlustrare omnium habitationes, primo rectoris et sic ordine, monere studiosos, ut decumbant, vel si studiis invigilare decreverint, quiete sine tumultu et strepitu facient, ianuas utriusque scholae claudere et se in bibliothecam recipere.

Pro his laboribus et officiis id beneficii habebit, inhabitet mansionem bibliothecae et illius mansionis privilegiis utetur: et si eius fidelitas diligentiaque notata fuerit, officium tenebit per spatium unius anni, sin minus, resignabit comitiorum tempore, et ea beneficia magis idoneo impertientur.

## IV. IVRAMENTVM PRAESTANDVM IIS, QVI MATRICVLAE SIVE LIBRO VITAE, VT VOCANT, SCHOLAE CORONENSIS SVA DANT NOMINA INQVE NVMERVM STVDIOSORVM RECIPIVNTVR.

Ego N. N. iuro,

1. Quod velim in hac schola, ad quam discendi causa me contuli, honeste et tranquille vivere.

---

27 *Original:* impartientur.

2. Quod tibi, huius anni rectori, et ceteris lectoribus adeoque omnibus, qui successuri sunt, praeceptoribus meis debitam habere reverentiam ac illis (honesta praecipientibus) oboedire velim.

3. Quod toto isto tempore leges ac statuta huius scholae tam ea, quae iam sancita sunt, quam quae deinceps legitime promulgabuntur, bona fide servare et secundum illorum praescripta vitam et mores studiaque conformare ac nullo prorsus pacto ab iis recedere velim.

4. Si qua iniuria affectus fuero neque ipse neque per alium quemcumque ulciscar me ipsum, sed iudicii et rectoris auxilium implorabo et iuste ius meum persequar.

5. Quod velim amplecti eam doctrinam, quae sonuit in hac schola, iam inde a prima per Honterum, Wagnerum aliosque orthodoxos eorum successores reformatione, sicut ea doctrina post scripta prophetica et apostolica comprehensa est in tribus illis symbolis oecumenis, confessione Augustana ea, quae anno MDXXX Carolo V. Augustae fuit exhibita, apologia eiusdem, articulis Smalcaldicis et utroque beati Lutheri catechismo.

Ita me DEVS adiuvet.

**F I N I S.**

CORONAE.

RECVSVM CHARAKTERE HERRMANNIANO, 1657.]

## V.

# *Das Reformationsbüchlein für das sächsische Volk.*

REFORMATIO
ECCLESIARVM SAXONICARVM
IN
TRANSYLVANIA.

CORONAE

M. D. XLVII.

# Kirchenordnung
aller Deutſchen in Sybembürgen.

M. D. Xlvij.

## OMNIBVS PIIS LECTORIBVS GRATIA ET PAX CHRISTI MVLTIPLICETVR.

Quantis errorum tenebris hactenus per antichristum involuta fuerit Christiana religio et quam gravibus traditionibus hominum oppressum iacuerit praeceptum Dei, praeter infelicem multorum experientiam variis doctissimorum virorum scriptis abunde est testatum ac tanta librorum copia omnibus paene orbis angulis obstrusum, ut nemo posthac excusationem inscitiae possit praetexere, nisi qui obturaverit aures suas, ne audiat, et occluserit oculos suos, ne videat, ac prorsus noluerit intellegere, ut bene agat et salvus efficiatur. Unde magis hoc saeculo miranda est caecitas eorum, qui neglecto verbo Dei, fonte salutis aeternae, tantopere inhiant pestilentibus lacunis consuetudinum, quae, contra scripturam ac rationem ab otiosis hominibus introductae, nulla temporis longitudine vim obtinere potuerunt, quam ab initio non habuerunt: quamvis eas plerique adeo pertinaciter urgeant, quasi etiam Deo diversum praecipiente non liceat ab illis discedere, nisi decretis conciliorum publice fuerint abrogatae. Ideoque contendunt exspectandas esse cunctatrices virgines, quae nobis tantum speciosas lampadas ostentant, nihil solliciti de comparando oleo. Interim vero dum ex tali persuasione nimium secure dormitur, multorum milium animae scandalo, dissidiis, dubitatione ac desperatione perduntur. Quid autem in tanta sacrorum librorum abundantia et manifesta luce veritatis quaeruntur hominum suffragia, cum per evangelium ubique gentium propagatum nunc demum patefacta sint cuncta, quae sint ad salutem necessaria, nec quicquam dubitationis reliquum esse potest iis, qui veritatem diligunt: praesertim quod omnia quaecumque Christus in caelesti et aeterno concilio audivit a patre, fideliter annuntiavit nobis nec alicuius necessariae rei oblitus est, quam post se aliis inveniendam et rectius ordinandam reliquerit? Quid insuper in conciliis hominum statui potest, quod non multo prius a Christo sit praeceptum? Nam si diversum aliquid statuatur, penitus foret reiciendum; sin

Gnad vnd fried Chriſti, ſey mit allen gottsförchtigen Leſern.

Wiewol viel menſchen mit eignem verderbnis wol erfaren haben, mit wie groſſem irthumb der chriſtlich glaub durch den Antichriſt lange zeit verdunckelt iſt geweſen, vnd mit wie ſchweren menſchen ſatzungen das gebot Gottes vnterdruckt iſt worden, Nach iſts auch durch mancherley ſchreiben gnůgſam angezeigt, vnd ſchier allen winckeln auff erden durch ſo viel bücher für getragen, das ſich niemand ſeines vnuerſtands weiter kan entſchuldigen, allein der ſeine oren verſtopffet, das er nit höre, vnd helt ſeine augen zugeſchloſſen, das er nit ſehe, vnd will kurtzumb nit verſtehen auff das er guts thů, vnd ſelig mög werden. Darumb iſts in diſen zeiten ſeer wunder, das etliche gros geachte leut ſo verſtockt ſein, vnd das wort Gottes, den brunnen der ewigen ſeligkeit verachten, vnd verlaſſen ſich ſo gar auff alte gewonheiten; welche von müſſigen menſchen wider die göttliche ſchrifft vnd gute vernunfft ſein auffbracht, vnd haben kein krafft durch lange zeit vberkommen, dieweil ſie am erſten aus keinem rechten grund ſein angefangen. Wiewol etliche die ſelbigen ſo hefftig zwingen, als kund man daruon nit abſtehen, wo gleich Gott ſelbs das widerteil gebotten het, allein ſie wurden durch einen gmeinen beſchluß der Concilien offemberlich abgelegt. Solcher vrſachen halben willen ſie, man ſol nach immerdar warten auff die faulen iungfrawen, die vns viel von ſchönen lampen ſagen, ſorgen aber gar nichts, wie man bey zeiten öl kauffe. Dieweil man ſich aber mit vielem vnd groſſem verheiſſen leſt vberreden, vnd alles ſchlefferlich anſtehen oder hingehen, werden manch tauſent ſeelen durch ergernis, ſpaltung, zweiuel vnd verzagung verloren. Warzu ſuchet man denn menſchlichen rad, in ſo gewiſſem grund der heiligen ſchrifft, vnd klarem liecht der warheit? ſo doch durchs Euangelion vberal offembart iſt worden alles, was zu vnſerm heil not iſt zuwiſſen, vnd niemand, der die warheit lieb hat, kein zweifel weiter kan haben, ſonderlich weil vns Chriſtus getrewlich verkündiget hat alles, was er im himliſchen vnd ewigen Concilien vom vater gehort hat, vnd er hat keines nötigen dings vergeſſen, das er andern hernach zu erfinden vnd beſſer zu ordnen

autem concilia nunc demum idem sint permissura, quod Christus antea docuit atque mandavit, cur quaerimus foris in conciliis, quod domi habemus in evangeliis, quibus nulla potestas sub caelo absque maledictione aliquid addere vel detrahere potest? Habemus apostolos et evangelistas: qui illis non credunt, neque ad conspirationem toties promissorum conciliorum unquam sunt credituri. Quomodo enim credant, qui contemnentes fundamentum verae fidei, quod est verbum Dei, pertinaciter inhaerent prudentiae carnis et sanguinis, lernae superstitionum, nec volunt servare praeceptum Dei, donec permittatur dispensatione hominum: non advertentes a Christo praedicta tot scandala humanarum traditionum, tanta signa et prodigia pseudoprophetarum, ut in errorem inducantur (si fieri possit) etiam electi? Itaque non est mirum, quod imperiti rerum nonnihil haesitant, cum homines devoti venerabile nomen patrum ac praeceptorum causae prorsus impiae praetexunt sibique hoc modo conciliant aliquam auctoritatem; quasi vero patres et praeceptores magnopere diligant isti, qui primos ac veros patres apostolos, qui per evangelium Christi genuerunt nos in fide, minime agnoscunt; sed colunt atque aliis nituntur obstrudere posteriores quosdam apostatas, qui a verorum patrum doctrina atque ipsius primitivae ecclesiae ordinatione turpiter seducti defecerunt peregrinosque cultus ac formas caerimoniarum etiam gentibus ridendas in ecclesiam sine verbo Dei invexerunt. Quae perversa temeritas usque adeo invaluit, ut, nisi Deus beneficio scripturae verbum suum diffudisset per orbem, actum iam olim fuisset de Christiana religione. Ne igitur in tanta luce scripturarum et consensu praestantissimorum virorum oblatam salutem ingrati respuamus incertasque opinionum umbras secuti clarissimae veritatis testimonium deseramus, ad laudem et honorem Dei omnipotentis et ad communem Saxonicarum ecclesiarum concordiam iuxta praescriptum verbi Dei publice stabiliendam, conscientia et spiritu domini ita urgente, ea quae hactenus recepta et in ecclesiis plerisque nostris sunt observata, nunc tandem in scriptis edere visum fuit: ut in posterum commodius vitetur scandalosa diversitas atque confusio caerimoniarum nec unus-

4 vel: aut.

het verlaſſen. Was kan nu darüber durch menſchlichen radtſchlag auffgeſatzt werden, das Chriſtus nit lengſt vorhyn hat geboten? Dann ſo etwas anderley darynn beſchloſſen wurd, muſt es gentzlich verworffen werden. So aber die Concilien ietzunder erſt ſollen frey laſſen, was Chriſtus vorhin hat gelert vnd geboten, warumb ſuchen wir denn auſwendig in Concilien, das wir daheim haben in Euangelien? welchen keine öberkeit auff erden on vermaledeiung nichts kan abnemen nach zuſetzen. Wir haben die Apoſteln vnd Euangeliſten, welche den ſelbigen nit gleuben, werden auch auff den Beſchluß der offtmals verheiſſener Concilien nimmermeer gleuben. Dann wie ſolten ſie gleuben, die den grund des waren glaubens nemlich das wort Gottes verachten, vnd hengen ſogar an fleiſchlicher klugheit, dem vrſprung alles miſglauben? vnd willen das gebot Gottes nit halten, allein es werd nachgelaſſen durch erlaubnis der menſchen. Gedencken nit darneben, das Chriſtus vorgeſagt hat von ſo viel ergernis menſchlicher aufſatzungen, auch zeichen vnd wunder der falſchen propheten, das verfurt möchten werden in irthumb (wo es müglich were) auch die auſſerwelten. Da her iſts nu kein wunder, das die vnerfarne etlichermas zweifeln, wann ſie hören das ſo andechtige leut, mit dem feinen namen der altväter vnd lerer, ire vngöttliche ſachen beſchönen vnd verteidigen, vnd machen inn damit ein gros anſehen, gleich als hetten ſie allein die väter vnd lerer ſo gar lieb, ſo ſie doch die erſten vnd rechte väter, nemlich die Apoſteln (welche vns durchs Euangelion Chriſti im glauben erſtlich gebert haben) nit willen erkennen nach annemen, Sunder befleiſſen ſich herfür zu zihen, vnd iederman mit gwalt auff zudringen ettliche nachkömling, die von der rechten altväter lere, vnd der erſten kirchen ordnung ſchentlich ſein abgefallen, vnd haben in den chriſtlichen gmeinen frembde Gottes dienſt, vnd lecherlich cerimonien on grund der heiligen ſchrifft auffgericht. Welcher böſer freuel ſo ſeer zugenomen hat, das bis nu lengſt geſchehen wer vmb den rechten chriſtlichen glauben, wo Gott nit durch mitel der ſchrifft ſein wort auff ein newes in der welt außgebreit hett. Auff das wir aber nit in ſo klarem liecht ſolcher ſchrifft, vnd einigkeit viler fromer vnd gelerter leute, vnſer eigen heil mit vndanck verſtoſſen, vngewiſſen meinungen nachfolgen, vnd das zeugnis der gewiſſen warheit verlaſſen, Haben wir ietzunder Gott dem allmechtigen zu lob vnd ehr, vnd gemeine eintracht aller Sachſiſchen kirchen in Sybembürgen nach anzeigung götliches wort,

quisque pro suo intellectu in ista varietate scriptorum, novis et propria intentione excogitatis ritibus utatur; sed certam et verbo Dei consentaneam formam in administrandis sacramentis ac reliquis functionibus ecclesiasticis observet nihil auctoritate privata statuens neque studio novitatis ab iis, quae olim bene constituta sunt, sine causa discedens; siquidem disparitate religionis et affectata discordia nihil pestilentius, nihil apud Deum abominabilius. Cetera, quae ad doctrinam spectant et a pietatis studioso requiri possunt, ex locupletissimis aliorum scriptorum monumentis petenda sunt: singulas enim illorum sententias ad cuiuslibet beneplacitum huc consarcinare non fuit operae pretium. Nos brevitatem secuti, contra vitia, quae per longam incuriam irrepserunt et ob errores atque ambitiosas dissensiones caerimoniarum in futurum praecavendas pauca congessimus, quantum licuit, diligenter caventes, ne quid peregrinum sine testimonio scripturae sanctae et exemplo catholicarum ecclesiarum in ulla parte susciperetur neve in iis, quae sunt ad salutem necessaria et habent manifestum mandatum Dei, aliqua committeretur neglegentia: sed ut eo modo nunc ordinentur omnia, ne quotannis opus sit novis recognitionibus in opprobrium sacrae religionis. Si quid hic praetermissum quandoque inciderit, qui rebus pub[licis] gubernandis praefuturi sunt, suo tempore similiter ordinandum curabunt, praesertim cum intellegent, quod non agitur negotium de perituris facultatibus vel fugitivis honoribus aut similibus curis huius saeculi, sed de aeterna salute aut certissima perditione animarum. Dominus excitet spiritus electorum suorum et sicut nunc manifeste perfecit, ita semper pergat extrudere operarios suos in messem suam, per unicum filium suum, qui est benedictus in saecula. Amen.

## INDEX TITVLORVM.

1. De vocatione ministrorum.
2. De doctrina Christiana.
3. De officiis ministrorum.
4. De sacramento baptismatis.

zubeſtetigen, alles was bißher angenomen, vnd in vnſern kirchen menigklich gehalten iſt worden, in ſchrifften laſſen außgehen, Auff das hernach füglicher verhindert werd ergernis vnd ſpaltung der cerimonien, vnd nit iederman nach ſeinem verſtand vnd gůtduncken new getichte weyſe auffbringe, Sonder in ſacrament reichen vnd andern kirchen ampten eine beſtimpte vnd dem wort Gottes gleichförmig ordnung behalte, vnd nit aus beſonderm gwalt etwas ſeltzams für ſich ſelbs nemm, vnd von altem chriſtlichen brauch on vrſach abweiche. Dann es iſt nichts verderblichers, nach für Gott grewlichers, denn vneinigkeit des glaubens, vnd fürwitzige zanck oder zwitracht. Was daruber die lere betrifft, vnd von fleiſſigen ſeelſorgern begert mag werden, wird man in andern büchern vberflüſſig gnůg finden, vnd iſt nit von nöten, das aller ſchreiber ſprüch vnd meinunge einem ieden zugefallen allhie vber ein hauffen geflickt werden. Wir haben das wenig kürtzlich zuſamen bracht, wider die laſter, ſo durch lange nachleſſigkeit eingeriſſen ſein, auff das man zukünfftig irthumb vnd ehrgeitzig vneinickeit der cerimonien mög verhüten. Derhalben wir auch vns befliſſen haben, das gar nichts frembdes, on zeügnis der heiligen ſchrifft, vnd exempel der waren chriſtlichen kirchen an keinem teil angenomen werde. Widerumb was zum heil dienet, vnd offemberlich von Gott geboten iſt, alſo verordnet wurd, das man nit zu ſpot dem glauben alle iar auff ein newes dürff beſehen, abermals etwas daran zubeſſern. Wo aber zu zeiten etwas würd zufallen das allhie nit begriffen iſt, wirdt ein gottsförchtig öberkeit zu ſeiner zeit wol wiſſen zu verordnen, vorauß ſo ſie verſtehen, das hiemit nichts gehandelt wird von zergenklichen gütern vnd leichtfertigen erhen, oder der gleichen ſorgen dieſer welt, ſonder von dem ewigen heil, oder gewiſſem verderbnis der ſeelen. Gott erwecke die geiſt ſeiner auſſerwelten, vnd wie er ietzunder öffentlich beweiſet hat, alſo wol er allzeit getrewe arbeiter in ſeinen ernde auſſenden, Durch ſeinen einigen ſon, der gebenedeit iſt in ewigkeit, Amen.

## Regiſter der Titlen dieſes büchleins.

1. Von berůffung der kirchendiener.
2. Von chriſtlicher Leer.
3. Vonn Ampten der kirchendiener.
4. Vom ſacrament der Tauffe.

5. De coena domini.
6. De abusu missae privatae.
7. De communicatione infirmorum.
8. De virtute absolutionis.
9. De excommunicatione.
10. De scholis restituendis.
11. De cura pauperum.
12. De tutela pupillorum.
13. De causis matrimonialibus.
14. De quibusdam politicis abusibus reformandis.
15. De annuis visitationibus.
16. De officio matutino.
17. De summo officio.
18. De officio vespertino.
19. De ritu caerimoniarum in pagis.

## DE VOCATIONE MINISTRORVM.

### Tit. I.

Quoniam praecipua pars Christianae religionis versatur circa doctrinam, doctrina autem constare debet ex verbo Dei, prima cura sit omnibus, ut implorata gratia Dei prudenter et unanimiter eligantur ad ecclesiae gubernationem, quorum vitae integritas ac eruditio satis est perspecta. Nec quisquam neglectis doctioribus aliquem suorum minus idoneum intrudere laboret et respectu privatae commoditatis publicam aliorum salutem impediat atque in maximum discrimen inducat.

2. Satis enim constat, quam horrenda naufragia in ecclesiam Dei sint invecta per eiusmodi ministros, qui omnis Christianae doctrinae expertes per gratiam potentiorum patronorum aut alia quavis occasione obstruserunt se passim ecclesiis, quas sua ipsorum ignavia postea neglegentes populum a vera pietate ad impios errores declinare fecerunt. Interim ipsi beneficio dignitatis freti praeter curam ventris nihil boni in illis fideliter agendum curaverunt.

5. Von des Herrn Abentmal.
6. Vom mißbrauch der Winckelmeß.
7. Vom berichten der krancken.
8. Von krafft der entbindung.
9. Vom chriſtlichen Bann.
10. Von auffrichten der Schulen.
11. Von ordnung des armen kaſten.
12. Vom verſorgen der weyſlin.
13. Von Eheſachen.
14. Gmeine mißbreuch zu reformirn.
15. Von ierlicher Viſitation.
16. Von der Metten, oder frü ampt.
17. Vom Hohen ampt.
18. Von dem Veſper ampt.
19. Von Cerimonien inn dörffern.

## Von berůffung der kirchendiener.

j.

Nach dem das fürnemeſt ſtuck chriſtliches glaubens an der leer gelegen iſt, die leer aber ſol iren grund haben aus dem wort Gottes, ſollen ſich alle gmeinen befleiſſen das ſie amerſten Gott vmb ſeine gnad anruffen. Darnach mit reyffem rad vnd gutem verſtand zu Seelſorgeren eintrechtiklich erwelen, die an irem leben vnd verſtand mit erhen bekant ſein, Vnd niemand ſol ſich vnterſtehen, das er einen vndöglichen aus den ſeinen wolt einſetzen, gelertern vnd geſchicktern zu verdringen, vnd von wegen ſeines eignen nutz, ein gmeine ſelickeit vieler andern verhindern, vnd in geferlickeit ſetzen.

2. Dann es iſt nit verborgen, wie erſchrecklich verderbnis in die chriſtliche gmeine komen iſt, durch ſolche kirchendiener, die chriſtlicher leer keinen rechten grund gehabt, durch gunſt irer gweltigen patronen, vnd andere dergleichen vrſachen, ſich an vielen orten eingedrungen haben in kirchampter, welcher ſie aus faulheit darnach nit ſeer geacht, ſonder das volck vom rechten Gottesdienſt in ſchentlich irthumb verfurt haben. Vnd weil ire ſach durch ſolche berůffung verſichert iſt, wenig anders, denn was zu eignem nutz dienet, darinn gehandelt.

3. Quisquis igitur moribus et eruditione primum non fuerit probatus nec ex iustis causis legitime vocatus, nunquam posthac ex nostratibus ordinetur neque ad sacrum ecclesiae ministerium suscipiatur. Nam iuxta sententiam Pauli, diaconi primum probentur, postea ministrent. Inutiles vero et scandalosi ministri, qui abuntur auctoritate vocationis ad destruendum potius quam ad aedificandum, penitus sunt ab officio removendi, donec mores et doctrinam emendasse probentur.

4. Contumaces itidem, qui propter quaestum seditiones contra sinceritatem fidei et evangelicae doctrinae commovent quique posthac a suscepta veritate ad vomitum revertentes missam privatam restituisse convicti fuerint, ad ecclesiasticum ministerium non suscipiantur neque retineantur: nisi serio ac publice errorem revocando iterum agant poenitentiam. Satius est enim paucorum commodum neglegere quam animas multorum a veritate seduci.

5. Post obitum parochorum novae electiones in longum tempus sine iusta causa non sunt protrahendae, verum ii, qui praesunt vocandis ecclesiae pastoribus, antea cognitos habere debent idoneos viros aut consilio bonorum et prudentum ostensos maturius eligere: ne maneat deserta ecclesia neve in dote parochiali fiat aliqua rerum dissipatio. Quod si nullum idoneum in promptu habere potuerint et pastorale officium sine ministro aliquot mensibus vacauerit, proventus decimarum interea temporis cedant ecclesiae, non illius loci praefectis, ne hac occasione minus solliciti sint de inquirendo novo pastore.

6. Nemini autem quocumque praetextu liceat mutilare iustos alicuius parochiae aut cuiuslibet similis officii proventus, qui propter conservationem ministerii a regibus et maioribus nostris ecclesiis sunt destinati. Ceterum si quae ecclesiae ob proventuum tenuitatem deseruntur, eorum ministri pro conditione communitatum a magistratu honestioribus stipendiis sunt providendi, ut aliorum onera mutuo portantes impleamus legem Christi.

3. Welcher nu an leer vnd leben zuuor nit iſt probiert, nach aus rechten vrſachen ordenlich berůffen, ſol hernach aus denn vnſern nit ordiniert, nach zum kirchendienſt auffgenomen werden. Dann wie Paulus ſpricht, Die kirchendiener ſollen am erſten bewert werden, darnach ſollen ſie dienen. Welche aber vnnutz vnd verfüriſche gemerckt werden, vnd myßbrauchen irer berůffung zu verderben, vnd nit zu beſſern, ſollen von irem ampt gantz abgeſetzt werden, ſo lang biß ſie ſich am leben vnd verſtand gebeſſert haben.

4. Des gleichen auch die halſtarrigen die ires gewins halben zanck vnd zwitracht wider den reinen glauben vnd euangeliſche leer bewegen. Auch welche hernach von der warheit ein mal angenomen, darnach abtrünnig, die winckelmeß widerumb auffgericht haben, ſollen zu keinem kirchendienſt meer auffgenomen nach gehalten werden, Allein ſie haben ir irthumb ernſtlich vnd offemberlich wideruffen, Denn es iſt beſſer man laß etlicher weniger nutz faren, denn vieler menſchen ſeelen zum verderbnis verfüren.

5. Nach dem abſterben der pfarherren, ſollen die new erwelungen on groſſe vrſach nit lang verzogen werden, Sonder an welchen die berůffung eines newen ſeelſorgers gelegen iſt, ſolten vorhyn nach gelerten leuten trachten, oder die inn durch rad andern fromen vnd verſtendigen on vorteil angezeigt werden, bey zeiten erwelen, auff das die kirch nit wüſt verlaſſen, oder vom pfarhoff etwas entfrembdt werde. So man aber keinen döglichen bald kan haben, vnd das pfarrampt ettliche monat on ein ſeelſorger ledig bleibt, ſol der zehnden in mitler zeit der ſelbigen kirchen zuſteen, nit den öberſten in der gmein, auff das ſie aus ſolcher vrſachen nit nachleſſiger werden ein newen pfarherr zu ſuchen.

6. Es ſol auch niemand aus keinerley vrſachen vnterſtehen abzubrechen der pfarrhen oder der gleichen kirchen ampter gerechte zugeng, welche zu erhaltung des Gottes dienſt, von ſeligen königen vnd vnſern großvätern geſtifft vnd zu den kirchen gelaſſen ſein. Wo aber ſolche zugeng in etlichen gmeinen ſo klein weren, das ſie keinen pfarherr daraus kündten erhalten, ſol ein öberkeit der nechſten Stat ſolche ſeelſorger mit zimlichem einkomen anderßwoher verſorgen, vnd ein teil dem andern die bürd alſo helffen tragen auff das wir erfüllen das geſetz Chriſti.

## DE DOCTRINA CHRISTIANA.

### Tit. II.

Etsi de doctrina uberius fuerat agendum, praesertim quod omnis ratio verae religionis ex ea petatur, quoniam tamen ea de re exstant copiosissimae doctorum virorum lucubrationes, ad illas pium lectorem remittimus: unde perfectius discet, qualiter vera doctrina et praedicatio paenitentiae remissionisque peccatorum constare debeat ex lege et evangelio, quorum neutrum separatim ita tractandum est, ut altero praetermisso officiat pietati. Sed et fides in Christum ita doceatur, ut eidem digni fructus et operae (sine quibus fides mortua est) coniungantur.

2. Hoc interim a contionantibus erit observandum, ut post textum sacrae lectionis adiungatur simplex ac pura locorum interpretatio, qua minister verbi rectam fidem sinceriter doceat ac defendat erroresque contrarios demonstret et eosdem corrigendi piam formam tradat. Nec satisfactum officio putet, si consuetis sermonibus instando iugiter aliquid enarret, nisi moribus et vita aliis exemplo sit ad bene agendum. Quia monitoris personam non recte suscipit, qui tantum verbis, non etiam operibus docet.

3. Cavendum autem omnibus, qui officium docendi sustinent, ne praeter manifestam scripturam et certissimum verbum Dei quicquam admisceant de suis aut aliorum opinionibus. Nec praetermissis maximis et ad salutem necessariis mandatis Dei populo tam imperiose inculcent, quid ipsis bene placeat aut bonum et utile videatur, etsi non sit ex Deo. Opiniones enim neminem salvabunt; mandatum vero Dei est vita aeterna: Ioan. 12.

4. In docendo vitanda sunt omnia verba, quae non docent, nec respiciendum, quam multa simul ad ostentationem coacerventur sed potius quam utilia fideliter ac dilucide proponantur. Quocirca nullus ministrorum diem in otio aut profanis negotiis

## Von chriſtlicher Leer.

ij.

Es ſol wol billich von der leer fleiſſiger gehandelt werden vorauß das der gantz grund chriſtliches glaubens daher genomen wird. Weil aber von der ſelbigen viel gelerte leut vberflüſſig gnug geſchriben haben, ſols ein from leſer in iren ſchrifften ſuchen, da mag er volkömlicher vnterricht werden, wie die predig der bůß vnd vergebung der ſunden, das iſt die rechte leer, ſol aus dem gſetz vnd euangelien vntereinander gefurt werden. Vnd man ſol keins in ſonderheit alſo handeln das das ander gantz außgelaſſen vnd die gewiſſen verfurt werd. Vber das ſol man den glauben in Chriſtum alſo leeren, das die rechtſchaffene frucht vnd werck (on welche der glaub tod iſt) auch darzu komen.

2. Es ſollen aber die prediger darauff mercken, das ſie bald auff den text der heiligen Lection, etliche ort darauß vngefelſcht vnd klerlich dem volck außlegen, In welchen ſie den waren glauben reinlich ſollen leeren vnd verfechten, widerſinniſch irthumb anzeigen, vnd ein chriſtliche weiſe fürgeben, wie die ſelben gebeſſert mögen werden. Darüber ſollen die prediger nit gedencken das ſie irem ampt gnůg thun, wo ſie gleich ire gwonliche predigen alle tag außgericht haben, allein ſie geben mit irem leben vnd wercken andern leuten ein exempel zu chriſtlicher tugent. Denn es iſt nit recht an einem prediger, der allein mit worten, vnd nit auch mit wercken leeret.

3. Es ſollen ſich auch befleiſſen alle den ſolches ampt befolen iſt, auff das ſie allein die offemberlich ſchrifft vnd gewis wort Gottes dem volck fürtragen, vnd flicken nit darzwiſchen ire eigne oder anderer leute gůte meinungen. Item das ſie nit außlaſſen die höchſte vnd nötigiſte gebot Gottes, vnd dem volck ſo ſtreng einbilden alles was ihn wol gefelt, vnd was ſie aus eignem ſinn gůtduncket, wo es ſchon keinen grund aus götlicher ſchrifft hat. Denn die getichte meinungen können niemand ſelig machen, Aber das gebot Gottes iſt das ewig leben. Joan. 12.

4. In den predigen ſol man vermeiden alle müſſige wort, die kein vnterrichtung bringen, vnd niemand ſol trachten, das er mit gar langen predigen vber einhauffen daher prange, ſonder das er nützliche leer klerlich vnd getrewlich fürtrag. Darumb ſol kein kirchen-

sine lectione transigens, fretus ingenita loquacitate, impraemeditatus accedat ad contionandum et tempus illud in vanissimis nugis consumat, ut tantum satisfaciat consuetudini et videatur aliquid fecisse, cum nihil fructu dignum praestiterit.

5. Divinarum scripturarum tractator et doctor cavebit, ne sit auctor partium atque factionum, verum honesta ratione studeat omnium benevolentiam conciliare, quo facilius dicendo persuadeat et in rectam sententiam auditores perducat. Itaque temperabit a scurrilitate et mordacibus invectivis, nec ubi negotium Dei agitur, propriae vindictae nimis indulgeat atque hac importunitate animos auditorum ita alienet, ut cum persona pariter et doctrinam contemnant.

6. Ministri neophyti, antequam certam dicendi facultatem sibi comparaverunt, ex catechismo, postillis et similibus libris praescriptas contiones auditoribus per septimanam praelegant, ne quando non satis praemeditati populum per proprias opiniones diversis erroribus inficiant. Sic enim (ut ait Augustinus) multi praedicatores veritatis fiunt nec multi magistri, si unius veri magistri id ipsum dicant omnes et non sint in iis schismata.

7. Horam autem docendi non suo quisque arbitratu inconsuetam eligat, sed quae iuxta rationem temporis convenit auditoribus, illam cotidie observet nec propter paucitatem praesentium auditorum officium vocationis suae unquam intermittat. Si enim non auscultant homines, nihilo minus Deus videt et audit, quae nomine totius ecclesiae, quamvis absentis, in conspectu suo aguntur atque dicuntur. Non tantum enim causa docendi populum, verum etiam laudandi et invocandi Deum officia divina sumptibus ecclesiae sunt instituta.

## DE OFFICIIS MINISTRORVM.

### Tit. III.

Ministri, qui erudiendo populo et sacramentis administrandis praesunt, prospicere debent, ut bonis ac probatis auctoribus et certiore scripturarum cognitione sint instructi. Non enim sufficit,

diener den tag in faulheit oder andern frembde geſchefften verzeren, ſich auff ſein angeborn geſchwätz verlaſſen, vnbeleſen vnd vnbedacht zu predigen aufftretten, vnd die zeit mit leichtfertigen fabeln zu bringen, auff das er allein der gewonheit gnůg thů, vnd mach imm viel zuſchaffen, aber darneben gar nichts außricht.

5. Ein lerer der heiligen ſchrifft ſol ſich hüten, das er nit vrſach geb zu parteyn vnd zwitrachten, ſonder ſich befleiſſen mit ehrlicher weiſe des volcks gůtwilligkeit zubehalten, auff das er ſie mit glimpfigen worten leichter vberrede, vnd auff den rechten weg mög bringen. Darumb ſol er ſich enthalten von ſpötiſchen vnd biſſigen ſcheltworten, vnd in den göttlichen geſchefften ſeinem recheriſchen hertzen nit nachgeben, auff das er nit mit ſolcher vnbilligkeit die zuhörer alſo entfrembde, das ſie mit der perſonen auch die leer anheben zuverachten.

6. Kirchendiener die newlich auffgenomen werden, ehe ſie ein gewis übung vberkomen, ſollen die wochen vber aus dem Catechiſmo, Poſtilln oder dergleichen büchern geſchribne predigen dem volck fürleſen, auff das ſie nit ire zuhörer vnbedacht, durch eigen gůtduncken in mancherley irthumb verfüren. Denn alſo (wie Auguſtinus ſpricht) werden viel prediger der warheit ſein, vnd nit vil meiſter, ſo ſie alle eines waren meiſters leer füren, vnd kein ſpaltung unter ihn iſt.

7. Vber das ſol auch keiner nach eignem wolgefallen ein vngewonliche ſtund zum predigen halten, ſonder welche nach geſchicklikeit der zeit dem volck recht eben iſt, die ſelbige ſol er ſtets behalten. Vnd ſol das ampt ſeiner berůffung kein mal nit außlaſſen, wo gleich wenig zuhörer vorhanden ſein. Denn wo ſchon die leut nit zuhören, ſo ſicht doch Gott vnd höret alles, was an ſtat der abweſlichen gmeine vor ſeinem angeſicht gehandelt vnd geredt wird. Nu werden die kirchenampter von den gmeinen erhalten, nit allein das volck zuleeren, ſonder auch Gott zu dienen vnd anruffen.

## Von Ampten der kirchendiener.

### iij.

Alle kirchendiener den das predigampt vnd ſacrament reichen befolen iſt, ſollen auffſehn, das ſie gůte vnd bewerte bücher leſen, vnd mit gewiſſem verſtand der ſchrifft gerüſt ſeien. Denn es iſt nit

quod aliquis publice in deserta causa sermones prolixos beneque meditatos populo proponit, nisi ex solido scripturarum fundamento singulis privatam institutionem in re dubia quaerentibus aut interdum etiam veritati contradicentibus possit cum plena informatione respondere et ex sacris testimoniis certam ad propositas qu[a]estiones rationem reddere.

2. Quod autem ultra doctrinam officium singulorum futurum sit, ex observatione caerimoniarum cuiuslibet ecclesiae facile constabit. Hoc tamen commune erit omnibus ubicumque locorum constitutis, ut ipsi parochi, qui non habent idoneos contionatores, singulis diebus festis contionentur. Praeterea attendant ac sciant, quid et quomodo ceteris diebus etiam ipsis absentibus in ecclesia geratur. Non enim potest esse pastoris excusatio, si lupus oves comedit et pastor nescit. Et neglegentiae rectorum imputantur culpae inferiorum.

3. Ministri vero in propagando verbo Dei et conferendis sacramentis per reliquos dies septimanae fideliter laborent nec ob exiguitatem stipendii ullum officium praetermittant scientes, quod non tantum hominibus, sed ipsi etiam Deo serviunt, a quo condignam mercedem fidei et laborum aliquando sunt recepturi. Porro cum apud Deum vice oratorum ecclesiae fungantur et publicis illius sumptibus serventur, nequaquam respectu priorum abusuum orationes pro salute populi unquam omittere debent.

4. Quod si quis parochorum officium suum praestare noluerit aut non potuerit, loco suo alium ministrum conducat. Sin autem idoneos ministros quaerere neglexerit oblatosve repudiaverit aut invenire seu per tenuitatem proventuum servare nequiverit, totum onus ecclesiasticae functionis recidet in ipsum. Neque enim religioni consentaneum videtur, ut proviso pastore grex totus neglegatur et congregationes fidelium debita fraudentur institutione.

5. Ministris omnibus, qui suis officiis recte funguntur, constitutum erit iustum stipendium cum habitationibus non minus commodis, quam antehac habuerunt. Structuras parochiarum necessarias magistratus ex publico aedificare, ipsi vero parochi easdem postea conservare ac reparare debebunt. Ceterum post

gnůg, das iemand in einer gmein da im niemand thar einreden, lange vnd wol bedacht predigen kan thun, allein er kön auch einem ieden, der in zweifelhafftigen ſachen ſonderlich ein vnterrichtung begert, oder zu zeiten auch der warheit widerſprechen thut, aus rechtem grund der heiligen ſchrifft antworten, vnd aller ding gnugſam bewerniß anzeigen.

2. Was aber vber die chriſtliche leer eines iedes ampt ſein ſol, kan man aus den cerimonien einer ieden gmein leichtlich mercken. Das ſollen aber alle kirchendiener vberal eintrechtig halten, das die pfarhern die nit döglich prediger haben, alle feyrtag ſelbs predigen. Vber das ſollen ſie auffmercken vnd wiſſen, was vnd wie es auch ſonſt an wercktagen in den kirchen gehalten wird, wo ſie ſchon nit vorhanden ſein, Denn es iſt ein hyrth damit nit außgeredt, ſo der wolff die ſchaff friſt, vnd er nichts darumb weyß, Sonder es wird den öberſten zugerechnet was die vnterthanen myßhandeln.

3. Andere kirchendiener ſollen ſich in der euangeliſchen leer vnd ſacrament reichen die tag in der wochen getrewlich muhen, vnd von wegen kleiner beſoldung kein ampt nit außlaſſen, weil ſie gar wol wiſſen, das ſie nit allein den menſchen, ſonder auch Gott ſelbs dienen, von welchem ſie groſſe belonung ires fleiß vnd arbeit werden vberkomen. Nach dem ſie aber fürſprecher der chriſtlichen gmein bey Gott ſein, auch von ſolcher gmein erhalten werden, ſollen ſie nit (angeſehn die vorige myßbreuch) von dem gebet für das volck gantz mit einander ablaſſen.

4. So aber ein Pfarherr ſein ampt nit wolt oder nit künd außrichten, ſol er an ſeiner ſtat einen andern diener halten, Wo er aber geſchickte diener nit wurd ſuchen, oder die im angezeigt werden, nit wolt halten, Item wo er keinen künd finden, oder von wegen der kleinen zugenge halten, wird die bürd des kirchendienſt auff ymm allein bleiben, Denn es iſt chriſtlichem glauben nit ebenmeſſig, das ein hyrt allein verſorgt ſey, vnd die gantz herd oder gmein verſaumet, vnd der leer, die man ir ſchuldig iſt, beraubt werde.

5. Den dienern aber, die ires ampts fleiſſig außwarten, ſol vberal verordnet werden ein zimliche beſoldung mit leidlicher vnd zur noturfft gnůgſamer wonungen. Nötige gebew der pfarrhöfen ſol ein öberkeit von der Gmein bawen, aber die pfarrhern ſollen die ſelbigen darnach erhalten oder beſſern. Item nachdem mancherley be-

abrogata plurima populi gravamina nunc pro vero cultu Dei conservando etiam communitates, quarum proventus sustentandis ministris non sufficiunt, aliquid contribuant: ne evangelica professio, quae omnibus solacium attulit, solis ecclesiarum pastoribus hac in parte sit onerosa, quorum labores etiam post sublatos abusus minime sunt relaxati.

6. Ecclesiastici pastores, qui evangelicam ordinationem suscipere recusant, neminem suorum a via salutis prohibere debent, sed ovibus in suo territorio pascua debita non invenientibus liceat ea quaerere in terra aliena. Ceterum si quis conductus in vineam domino fructum reddere contumaciter recusat (nisi errorem agnoscat et emendet) potest ab officio removeri et vinea aliis colenda locari, licet in ea re non sit temere praecipitandum.

## DE SACRAMENTO BAPTISMATIS.

### Tit. IV.

In sacramento baptismatis ordinationem Vittembergensem secuti, propter astantes testes idiomate vernaculo pueros baptisamus, remotis tamen quibusdam additionibus ad substantiam illius sacramenti nihil pertinentibus, quoniam sunt inventa hominum supervacua et verba precationum sine adhibitis istiusmodi rebus in fide pronuntiata tantundem efficere dinoscuntur.

2. Infantes tempore necessitatis a quocumque legitime baptisati, similiter et orientalis ecclesiae homines, quacumque lingua baptisati sint, ex ecclesiasticorum scriptorum sententia non sunt denuo rebaptisandi. Nam nec baptisma quod haeretico, neque quod in fide sanctae trinitatis ab haereticis aut facinorosis catholico collatum est, licet iterari. Siquidem sacramentis nihil accedit neque decedit ex qualitate personae ministrantis aut percipientis.

3. Omnibus autem cuiuscumque nationis aut linguae hominibus sibi suisve liberis sacrum baptisma postulantibus nullius causae praetextu denegari debet. Praestat enim, baptisma in ho-

ſchwernis des volcks nu ſchon abgelegt iſt, ſollen die Gmeinen welcher geſtiffte zugeng zu gering ſein, den waren Gottesdienſt zu erhalten auch etwas helffen zůſtewren, auff das nit das euangeliſch bekantnis, welches iederman tröſtlich iſt, allein den pfarhern an dem teil bürdlich ſey, ſo doch ire mühe vnd arbeit nach den abgeſtelten myßbreuchen nit ſein gemindert.

6. Kirchenhirten ſo ein euangeliſch ordnung nit willen annemen, ſollen niemand aus dem volck von dem weg der warheit abſchrecken oder verhindern, Sonder wo die armen ſchaff bey ſolchem hyrten auff eignem hattert nit weid können haben, mögen ſie ſuchen, wo ſie die ſelbige wiſſen zufinden. Wo aber iemand ſeiner berůffung nit gnug thun, ſonder der warheit můtwillig widerſprechen wurd (allein er hab ſein irthumb bekandt vnd widerruffen) mag er von ſeinem ampt abgeſetzt werden, wiewol man in ſolchen ſachen freuenlich nit ſol eilen.

## Vom Sacrament der Tauffe.

### iiij.

Mit dieſem ſacrament halten wir vns nach der Wittembergiſchen kirchen ordnung, vnd von wegen der kegenwertigen Paten werden die kindlin mit vnſer natürlichen ſprach getaufft, doch außgelaſſen etliche zuſatzung, die zum weſen dieſes ſacraments gar nichts dienen, Denn es ſein lauter menſchen geticht, vnd die ſchlechte wort der gebet daſelb im rechten glauben geſprochen, richten bey Gott, on ſolche vberflüſſige zeichen vnd gepreng, gleich ſo viel auß.

2. Es bezeugen alle chriſtliche ſchreiber, das die kindlein ſo in der not von iemand recht getaufft ſein, ſollen von keinem prieſter widerumb getaufft werden. Des gleichen ſol auch niemand auß den kriechiſchen kirchen, der ein mal getaufft iſt, von wegen ſeiner frembden ſprach anders getaufft werden. Denn es ſol gar kein tauff, die im glauben der heiligen dreyfeltickeit auch einem ketzer, oder von einem ketzer vnd vbelteter einem rechten Chriſten gereicht iſt, widerumb vernewet werden, ſintemal den ſacramenten nichts ab noch zů gehet, aus geſchicklikeit der perſon, die ſolchs gereicht oder entfangen hat.

3. Es ſol auch weiter niemandem, was geſchlecht oder ſprach er ſey, der ym ſelbs oder ſeinen kinden die tauff hertzlich begert, auß keinerley vrſachen die ſelbige verſagt werden, Denn es iſt leidlicher

mine quam hominem sine baptismate perditum iri. In aliis vero provectioris aetatis proselytis admittendis testes alieni non requirantur, sed ipsimet rudimentis catechismi prius instructi, ore proprio fidem in baptismate debent confiteri ac deinde baptisari. Alterius enim professio non prodest ei, qui per se respondere potest.

4. In contionibus moneantur omnes, praecipue viri, ut verba sacri baptismatis ediscant perfecte pronuntiare. Si quis illa minus bene calluerit, nullo modo audeat infantem urgente necessitate baptisare, sed accersatur e vicinis alius, qui hoc officium subeat, ne aliquis error committatur. Deficientibus viris idoneis succedant feminae obstetrices magis exercitatae.

5. Cum infans a susceptoribus in templum adfertur, primum debet inquiri, an sit baptisatus. Si constiterit in necessitate baptisatum esse, quaerendum: quibus verbis et quomodo. Si certis testibus probetur, quod nihil sit erratum, nequaquam rebaptisetur amplius, sed consuetae precationes omissis exorcismis fiant super eum. Sin autem, qui interfuerunt (ut fieri solet) dubitant, quid in ea necessitate dixerint vel fecerint, sine ulla disputatione aut conditione tanquam minime baptisatus infans a sacerdote baptisetur.

6. Forma baptisandi vernacula, quemadmodum in catechismo Vittembergensi continetur, ita ubique servari debet. Ac si quaedam precationes ibidem insertae nonnunquam ex aliqua causa non recitentur, cavendum tamen, ne quicquam omittatur ex his, quae necessario in baptismate requiruntur. Si quid praeterea minister admonere susceptores velit, in porticu, priusquam in templum introducatur infans, commodius id faciet.

7. Cum caerimoniae consecrationis praeter varios abusus nihil conferant aquae baptismatis nec sit verisimile, quod per eas descendat in creaturam inanimatam virtus spiritus sancti, quomodo aqua consecrata a non consecrata ulla virtute differre potest, ubi non adhibetur in usum? Nam cum iuxta ordina-

das die tauff an dem menſchen, denn der menſch on die tauff verloren werd. Wo aber anderley heidniſchen die zu irem verſtand komen ſein, die heilige tauff wurden begeren, ſol man frembde gezeugen an ire ſtat nit auffnemen, ſonder ſie ſelbs ſollen vorhin im grund chriſtliches glaubens vnterricht werden, vnd iren glauben mit eignem mund in der tauff bekennen, Denn ein frembde bekantniß iſt dem nit nutzlich, der von im ſelbs wol kan antworten.

4. In den predigen ſol iederman fleiſſig ermanet werden, vorauß die menner, auff das ſie die wort der heiligen tauff lernen recht auſprechen, Denn ſo iemand die ſelbige nit recht würd können, ſol er kein kind in der nöt nit thüren tauffen, Sonder es ſol ein anderer aus den nachbarn gerůffen werden, der ſolchs ampt wiß auszurichten auff das daſelben kein irthumb geſchehe. Wo aber geſchickte menner abgehen, mögen gůt vnterrichte weiber oder amptfrawen in ſolcher not die kind tauff reichen.

5. Wo das kindlein von den Patten in die hall oder kirch bracht wird, ſol am erſten gefragt werden, Ab das kind getaufft ſey. So angezeigt wird das es in der not getaufft iſt, ſol man weiter fragen, mit welchen worten, vnd wie? Vnd ſo man gnůgſam bewert das nichts daran gefelet iſt, ſol man allein die verordent gebet (außgelaſſen die beſchwerung des vnreinen geiſts) vber das kindlein ſprechen, vnd ſol nit widerumb getaufft werden. So aber die da kegenwertig geweſen ſein, nit recht wüſten, wie man in ſolcher not geredt oder gehandelt hett, ſol das kindlein, wie vngetaufft, on alle auszüg vom prieſter getaufft werden.

6. Vberal ſol gehalten werden einerley form der tauff, wie ſie in der deutſchen Agenden begriffen iſt. Wo aber ſchon etliche gebet darinnen gedrucket, zu zeiten vrſachen halben nit geſprochen wurden, ſol man doch fleiſſig auffſehen, das nichts außgelaſſen werd von den worten, die von nöten zu der tauff gehören. So darüber der kirchendiener die Paten etwas ermanen wil, mag er das in der hallen, ehe das kindlein in die kirch getragen wird, füglicher außrichten.

7. Weil die cerimonien des einſegnen allein mancherley myßbreuch, ſonſt kein heilickeit dem tauffwaſſer zubringen, vnd iſt nit zu gleuben, das dardurch die krafft des heiligen geiſt in die vnenfintlich creatur kome, Wie kan denn ein geſegnet waſſer groſſere krafft, denn ein vngeſegnets haben, wo es nit ordenlich gebraucht wird? Denn

tionem Christi accedit verbum ad elementum, tunc fit sacramentum. Atque ideo consecrationi rerum inanimatarum ab hominibus inventae nequaquam est fidendum.

## DE CENA DOMINI.

### Tit. V.

In celebratione cenae domini potissimum secuti sumus ritum in evangelicis ecclesiis usitatum neque ab illis temere declinandum duximus, ne in singulis locis per ambitionem habeantur diversae ordinationes, sicut hactenus factum est, licet Christianae concordiae vix quicquam fuerit magis contrarium. Nam et Paulus iubet servare unitatem spiritus per vinculum pacis. Unum enim corpus, unus spiritus, quemadmodum et vocati sumus in una spe vocationis nostrae: Ephe. 4.

2. Et quoniam omnes de uno pane et de uno calice participare debent, exemplo antiquitatis hoc mysterium uno eodemque die non est repetendum, sed una publica cenae administratio semel in die ecclesiae quamvis numerosae sufficiat. Quod si diversitas linguarum obstiterit, nihil prohibet pro numero idiomatum aut etiam distantia locorum singula communionis officia separatim celebrari. Sin autem defuerint communicantes, nulla penitus missa privata ad illusionem sacri testamenti permittitur uspiam celebranda.

3. Monendi autem sunt homines, ut priusquam accedant ad participandum corpus et sanguinem domini, diligenter probent et explorent se ipsos, qualiter affecti sint erga Deum et quemlibet proximum suum. Examinent conscientias suas, an agnoscant peccata, an vere paeniteant et recto corde proponant sese malos mores et vitam emendaturos. Alioquin iis, qui sani sibi videntur, hic salutaris cibus vertitur in perditionem.

4. Si quis scrupulum aliquem habuerit in conscientia, unde se ipsum explicare non potest, tempestive quaerat a docto viro consilium et institutionem nec sibi suisve opinionibus sine certitudine scripturarum nimium confidat, sed potius conferre non

ſo das wort nach der ordnung Chriſti kümpt zu dem element, wird es ein ſacrament. Derhalben ſol man menſchgetichten ſegnen ſolcher dingen, nit ſo viel vertrawen.

## Von des herren Abentmal.

v.

In dem heiligen Abentmal folgen wir auch dem brauch der inn euangeliſchen kirchen gehalten wird, vnd willen von dem ſelbigen nit abſtehen, auff das nit aus vbermůt an einem ieden ort beſondere ordnungen gehalten werden, wie vormals geſchehen iſt, wiewol chriſtlicher einigkeit nichts ſchedlichers geweſen iſt. Es ermanet vns auch Paulus, das wir vns befleiſſen zu halten die einigkeit im geiſt durch das band des friedes. Denn es iſt ein leib vnd ein geiſt, wie wir auch berůffen ſein auff einerley hoffnung vnſers berůffs. Eph. 4.

2. Weil wir aber alle von einem brod vnd von einem kelch teilhafftig werden, ſol nach der erſtlichen kirchen exempel, ſolches abentmal an einem tag meermal nit gehalten werden, ſonder ein gmein abentmal an einem tag ein mal, ſol vberal einer gantzen kirchen gnůg ſein. So aber mancherley ſprachen an einem ort ſolches nit leiden, mag man wol nach zal der ſprachen, oder kirchen, die weyt von einander gelegen ſein, eigen ampter des hochwirdigen ſacraments in ſonderheit halten. Wo aber keine communicanten vorhanden ſein, ſol kein winckelmeß zu ſpot dem heiligen teſtament gantz nindert gehalten werden.

3. Das volck ſol auch inn predigen ermanet werden, auff das ſie ſich ſelbs, ehe ſie zum Gottes tiſch tretten, fleiſſig beweren vnd erforſchen, wie ſie ken Gott vnd ire nechſten allenthalben geſchickt ſein, Vnd befragen auch vorhyn ire gewiſſen, ob ſie auch ire eigne ſünden erkennen, vnd myßfallen daran haben, ob ſie inn ernſtlich fürnemen ire böſe weiß vnd leben zu beſſern, Denn dieſe heilſame ſpeis, wird von denen die ſich ſelbs gerecht düncken, zum gericht vnd verderbnis entfangen.

4. So iemand ein zweifel in ſeinem gewiſſen hat, in welchem er ſich ſelbs aus dem wort Gotes, nit gnůgſam kan entrichten, der ſol bei zeiten von einem gelerten fromen man rat vnd vnterrichtung begeren, vnd ſol nit ſeinem eignen gůtduncken on ſchrifft, auch nit

erubescat cum iis, quibus studium et cura divinae legis commissa est, ut cum tranquilla conscientia certus sit fidei et actionum suarum, ne aliter in vanum currat et perdito labore nunquam perveniat ad palmam.

5. Pridie illius diei, qua cena domini peragenda est aut, si qui necessitate aliqua impediantur, eo ipso die communicaturi sese ministro primum exhibeant, ut videat ac sciat, qui et quales sint, qui ad communionem admitti postulant. Si quos rudes et impios post examinationem deprehenderit, a communione excludat, donec castigatiores revertantur. Quicquid autem de hominis lapsu, de paenitentia, fide remissionis peccatorum et memoria mortis domini dicendum videtur, tunc simul omnibus una cum absolutione proponatur, ne denuo opus sit officium cenae interrumpere.

6. Iuniores, qui ad mensam domini accessuri sunt, inexplorati nequaquam admittantur, sed sigillatim rationem fidei suae ministro reddant et cotannis de rudimentis doctrinae Christianae examinentur et instruantur. Si qui vero ex provectioris aetatis hominibus ob simplicitatem verba catechismi nesciant ad unguem proferre nemine ipsos prius docente, minime a sacramentis ob hoc sunt prohibendi: quoniam Deus non ita subtilitatem linguae ut cordis sinceritatem respicit et requirit.

7. Quamvis numerus communicandorum (quatenus fieri potest) observandus sit, ut pro illorum numero adhibeatur panis et vinum, quantum videtur sufficere, tamen compluribus simul accedentibus, cum de numero non constat, ne quis pius voto suo fraudetur aut ne per talem incuriam opus sit saepius reiterare consecrationem, praestat ut particulae numerosiores imponantur. Nec superstitiose de reliquiis est metuendum, quoniam verba consecrationis cum effectu sunt accipienda, ut hoc dumtaxat sit sacrum, quod venit in actionem: id est, quod accipitur, editur et bibitur.

ſeinem verſtand vnd außlegung zu vil getrawen, Sonder ſol ſich recht vorſtehen mit ſolchem, der in der heiligen ſchrifft wol erfaren iſt, auff das er bei im ſelbs getroſt vnd gewiß ſei, wie er gleub vnd handel, vnd nit mühe vnd andacht gantz vmbſunſt verlier.

5. Alle die zum hochwirdigen ſacrament begeren zutretten, ſollen ſich am erſten dem kirchendiener anzeigen, auff das er mög ſehen vnd wiſſen, weer vnd wie ſie alle geſchickt ſein. Wo er gar vnuerſtendigen oder offemberlich leſterer würd mercken, vnd gnůgſam vrſach vorhanden iſt, ſol er ſie vom abentmal außſchlieſſen, biß ſie grüntlicher vnterricht werden, vnd ſich bekert haben. Was aber weiter von menſchlichem fal, von der bůß, glauben, vergebung der ſünden vnd betrachtung des leidens Chriſti zu reden iſt, mag auff das mal vom prieſter zugleich mit der entbindung fürgehalten werden, auff das man das ampt mit fremden worten nit auff ein newes dürff zetrennen.

6. Junge leut, die am erſten zum heiligen Abentmal begern zukomen, ſollen vnerforſcht nit zugelaſſen werden, ſonder ſollen dem prieſter in ſonderheit anzeigen iren glauben, vnd ſollen in den heubtſtucken chriſtlicher leer ierlich erforſcht vnd vnterricht werden. Wo aber etliche alte leut alle wort des Catechiſmi, die man ſie vorhyn nie gelert hat, auß einfeltikeit nit kündten außwendig ſagen, ſol man ſie darumb vom ſacrament nit abweiſen, Denn Gott fragt mehr nach reinen hertzen, denn nach geſchliffnen zungen.

7. Wiewol man auff die zal der Communicanten (ſo vil müglich iſt) mercken ſol, auff das man darnach brod vnd wein wiß zu nemen, wie viel gnůg iſt, Doch wo viel mit einander auff ein mal vorhanden ſein, auff das niemand ſeines begeren betrogen werdt, vnd die wort der conſecration durch nachleſſigkeit nit von newes widerumb geſprochen müſſen werden, iſts beſſer das man mehr partickel einleg, Darff ſich darumb des vbrigen nit beſorgen, Denn die wort der conſecration muſſen mit der wirckung verſtanden werden, auff das allein conſecriert ſey, das da gehandelt wird, als das man nimpt, iſſet vnd trincket.

## DE ABVSV MISSAE PRIVATAE.

### Tit. VI.

Quid de missa privata sit sentiendum, clarissimorum virorum scriptis iam olim sufficienter est explicatum; tamen propter nonnullos, qui vero pietatis zelo gloriam Christi quaerunt, nihil praetermittendum duximus. Ac primum ex verbo Dei agnoscimus, quod *institutioni cenae domini indignissimum sit*, ubi minister in missa privata nullis aliis participantibus praeter desiderium suum ex inani consuetudine sibi soli sumit ac retinet, quod pluribus porrigi conveniebat, quemadmodum verba Christi manifeste testantur. Accipite (inquit) dividite inter vos. Item: Bibite ex hoc omnes.

2. Cum autem quaestus et sustentationis gratia in ordine vicis suae etiam cum fastidio sibi sumit, per traditionem hominum sine testimonio sacrae scripturae introductam irritum facit praeceptum ac testamentum Christi, qui hanc cenam instituit pro pluribus, maxime esurientibus et sitientibus iustitiam et veniam delictorum. Nam qui nauseat super cibo illo, si sumpserit, iudicium sibi manducat et bibit.

3. Ceterum cum ex quacumque causa cenam domini finxerint esse sacrificium et opus bonum, quod applicatum pro aliis videlicet ementibus mereatur remissionem culpae et poenae et apud Deum omnia possit, abominabilis impietas fuit et profanatio sacrosancti testamenti et beneficii Christi; in quo nihil illi praestamus, qui bonorum nostrorum non indiget, sed ab ipso summum bonum in testimonium remissionis peccatorum per fidem accipimus.

4. Ne igitur pestis istius absurdissimae opinionis apud nos locum haberet, omnis opera est adhibita, ut missa secundum institutionem Christi in legitimam formam restitueretur: ne promissionibus oblitteratis et fide sacramenti exstincta per hypocritarum opus operatum profanae nundinationes exercerentur. Sicut enim nemo ex spectaculo baptismatis particeps illius fieri aut pro alio baptisari potest, ita neque cena ab uno comedente

## Vom myßbrauch der Winckelmeß.

vj.

Was von der winckelmeß zuhalten ſey, iſt durch gelerter leut ſchreiben gnůgſam angezeigt, Doch von wegen etlicher, die aus warem hertzen die ehr Gottes ſuchen, haben wir nichts willen außlaſſen. Vnd am erſten erkennen wir aus dem wort Gottes, das gantz wider die einſetzung des heiligen abentmals gehandelt wirdt, wenn der prieſter in der winckelmeß, da ſunſt niemand teilhafftig wirdt, nur aus alter gewonheit, auch mit vnluſt ym allein nimpt vnd behelt, das auch andern mitgeteilt ſol werden, wie die wort Chriſti klerlich bezeugen. Nempt hin, teilets vntereinander. Item trincket alle daraus.

2. Wo aber iemand von wegen ſeiner generung, mit groſſem vnwillen vnd verdruß in der ordnung ſeines dienſt allein im ſelbſt muß nemen, folgt er menſchlicher auffſatzung, die on grund der heiligen ſchrifft herkomen iſt, durch welche er vbertrit vnd auffhebt das gebot vnd teſtament Chriſti, der ſolchs Abentmal nit für einen allein hat eingeſatzt, ſonder fur andern meer, nemlich die da hungern vnd dürſten nach der gerechtigkeit vnd vergebung der ſünden. Denn wer diſe ſpeiß mit vnluſt nimpt, der iſſet vnd trincket im das gericht.

3. Dieweil man aber aus mancherlei ſeltzamen vrſachen vormals geticht hat, des herrn Abentmal ſey ein opffer das man Gott ſchenck, vnd ein gůt werck, das auch fur andern (die es vmb gelt löſen) gehalten mög werden, vergebung der ſunden damit verdiene, vnd vermög alles bey Gott außrichten, iſt ein grewlich leſterung vnd ſchmach des hochwirdigen teſtaments vnd wolthat Chriſti, durch welche wir im gar nichts geben, der auch vnſer gůter nit bedarff, ſonder wir von im durch den glauben das aller höchſte gůt entfahn, zu einem gezeugnis der vergebung vnſerer ſünden.

4. Darumb das der grewel dieſer ſchentlicher meinung bey vns furbas nit geſpürt werd, iſt kein fleiß geſpart auff das die Meß nach der einſetzung Chriſti in eine rechte form widerbracht wurde, das nit die verheiſſung Gottes vnd glaube des ſacraments erlöſchen vnd durch der heuchler getichtes gůt werck ſchentlich kramerey getrieben werde. Denn gleicherweis wie niemand einer frembden tauff teilhafftig kan werden, darumb das er zugeſehn hat, kan ſich auch

percepta circumstantes spectatores potest saturos reddere; sed *cuilibet opus est proprio cibo.*

5. Nec probandi sunt, qui impias additiones ab hominibus excogitatas in missa nolunt omittere; sed ex proprio corde sibi fingunt alios canones atque similia eaque mutatis aut praetermissis quibusdam verbis superstitiose adhibent, quasi necessario ad cenam domini requirantur istisque neglectis sacramentum (ut ipsi dicunt) confici non possit. Atque ita, quod damnant in aliena licentia, ipsi similiter committunt et huiusmodi exemplo causam praebent multorum in ecclesia schismatum et scandalorum.

6. Ne quis praeterea aliquid novi propria auctoritate ecclesiis introducat neve iam obsoletum et abrogatum contra doctrinam Christi ex sola consuetudine retineat vanisque significationibus excuset atque defendat. Nihil enim nobis in tanta luce veritatis cum fictis significationibus impiorum rituum ac caerimoniarum. Quoniam lucerna pedibus nostris verbum Dei et lumen semitis nostris; a quo quisquis deflectit, ambulat in tenebris et nescit, quo vadit.

## DE COMMVNICATIONE INFIRMORVM.

### Tit. VII.

Auditores in contionibus sedulo sunt admonendi, ut adhuc sani frequentius accedant ad participationem mensae domini et semper parati sint at incidentes morborum aliorumque periculorum casus nec, ut alias factum fuit, semper exspectent finem quadragesimae, in quo sine pietatis affectu tumultuose omnes propter consuetudinem et sodalitatem confluunt, non diiudicantes corpus domini.

2. Qui ex singulari debilitate aut metu imminentis infirmitatis vel alia probabili causa communi participationi interesse non possunt, ante summum officium in sacrario possunt separatim communicari. Abstemiorum vero causa non adeo superstitiose

---

5 *Im Original Druckfehler:* canonas.

nit für ein andern laſſen tauffen. Alſo kan auch nit das Abentmal von einem entfangen, die andern zuſchawer ſat machen, ſonder ein ieder bedarff fur ſich ſelbſt ein beſondere ſpeiß.

5. Es iſt auch nit zu loben, das ettliche Seelſorger vngöttlich flickwerck von menſchen erfunden, in der meß nit willen außlaſſen, ſonder tichten aus eignem ſinn mit andern worten etwas des gleichen an die ſtat, ſunſt laſſen ſie das vorige gantz bleiben, gleich als künd anders kein conſecration des heiligen ſacraments nit geſchehen. Vnd alſo was ſie an ander menſchen freuel ſcheuden, das thun ſie ſelbſt, vnd geben chriſtlicher gmeine vrſach zu mancher ſpaltung vnd ergernis.

6. Weiter ſol auch niemand aus eigner gwalt etwas newes in den kirchen auff bringen, auch kein abgeſtelt irtumb wider chriſtliche leer nach voriger gewonheit behalten, vnd das ſelb mit falſchen bedeutnüſen außreden vnd verfechten. Denn warzu ſollen vns getichte bedeutnis der vnchriſtlicher myßbreuch vnd cerimonien, in ſo klarem liecht der warheit, vnd des wort Gottes? durch welchs wir erleucht ſein im rechten weg des lebens. Welcher aber von dem ſelbigen auff menſchlich treum abfelt, der gehet gantz im finſternis, vnd duncket viel bey im ſelbſt, weiß aber gar nit wohyn.

## Vom berichten der Krancken.

vij.

Das volck ſol in predigen ernſtlich ermanet werden, auff das ſie offtermal, dieweil ſie nach geſund ſein, zum Gottes tiſch tretten, vnd ſeyen ſtets bereit auff zufellig kranckeit vnd geferligkeit, vnd warten nit allweg auff die karwoch, in welcher iederman mit hauffen, von wegen der gewonheit oder geſelſchafft halben on hertzlich begir zulaufft, wiſſen nit zu vnterſcheiden den leib des herrn.

2. Welche aus ſonderlicher ſchwacheit, oder forcht einer zukünfftiger kranckeit, auch ander gnůgſam vrſachen, bey dem gmeinen Abentmal nit künnen bleiben, mögen vor dem ampt an einem fůglichen ort in ſonderheit communiciert werden. Was aber weiter die ſach betrifft etlicher die keinn wein trincken, ſol on zeugnis der heiligen

sine testimonio scripturae stringatur; sed si non potest fieri quod debet, tutius est, ut fiat quantum potest: quia necessitas non habet legem.

3. Aegroti similiter compotes adhuc rationis tempestivius sacramentum cenae postulent nec in re dubia cum periculo animarum exspectent, donec desperata sanitate aliorum impulsu ad propriam salutem aegre cogantur. Nam qui diu neglegens in extrema demum necessitate importune petierit, quoniam non ex animi sinceritate, sed timore mortis invitus id facit, aliis consolationibus sublevetur; sacramentum autem nauseanti sine idonea causa non porrigatur.

4. Quod si alicui permissu Dei supervenerit iusta necessitas aut inciderit in aliquem subitaneum morbum, ut non possit in ecclesiam veniens communicari, minister vocatus sine cymbalis, lucernis et habitu imperitos ad idololatriam provocante comitantibus iis qui vocaverunt, cum pane et calice se conferat ad aedes, ubi decumbit aegrotus ibique iuxta formam in agenda praescriptam verba consecrationis super panem et vinum aegroto audiente palam pronuntiet et praemissa brevi instructione utramque speciem eidem sumendam administret.

5. Quaerendum tamen a principio, an aegrotus sacramentum percipere velit et possit, ut volenti porrigatur. Ceterum si quid obstiterit, quo minus percipere possit, a consecratione specierum penitus est abstinendum: nec putandum, quod inanis monstratio panis ad salutem infirmo profutura sit, ubi res ipsa desideratur. Ne autem tales sine salutari viatico derelinquantur, ex verbo Dei diligenter consolandi sunt et in fide confortandi ac absolvendi.

6. Minime autem videtur tolerandum, ut minister praetermissis verbis testamenti amplius utatur particulis iam olim contra institutionem Christi in angulum post privatam consecrationem repositis. Nam sicut in sacramentis nullus effectus sequitur, ubi desunt verba, ita verba nihil efficiunt, quoties res ipsa non venit in actionem.

ſchrifft ſo kurtz nit abgebrochen werden, ſonder wo man nit thun kan, wie man thun ſol, iſts doch gwiſſer, das man thu, wie viel man vermag. Denn die not hat kein geſetz.

3. Die krancken ſollen bey zeiten, dieweil ſie nach bey guter vernunfft ſein, das heilig ſacrament begern, vnd in zweifelhafftigen dingen mit geferligkeit irer ſeelen nit warten, biß ſie aus verzagnis zu eigner ſeligkeit durch andern getriben werden. Denn ſo iemand lange zeit ſolchs wurd verachten, vnd in der letzten not erſt anheben zu ſuchen, weil ers nit aus reinem hertzen, ſonder aus forcht des todes mit vnwillen thut, ſol man in durch andere tröſtliche ermanung im glauben bekrefftigen, aber das ſacrament on groſſe vrſach dem vnluſtigen nit reichen.

4. Wo aber iemand aus göttlichem willen mit beſonderer not, oder kranckeit vberfallen wurd, vnd darumb in die kirche zum Gottes tiſch nit kund komen, ſol der geruffen kirchendiener brod vnd den kelch nemen, on ſchellen, kertzen vnd dergleichen anreitzung zu abgötterey, mit denn die in růffen, in die herberg des krancken komen, Vnd daſelben, nach inhalt der Agenden, die wort der conſecration, das der kranck mög zuhören, vber das brod vnd wein ſprechen, vnd im nach kurtzer vnterrichtung, beyde geſtalt reichen.

5. Doch ſol man am erſten fragen, ab der kranck das ſacrament begert, vnd auch kün entfahen, auff das mans nit dem vnwilligen auffdring. So aber etwas verhindert, das ers nit kan entfahen, ſol man ſich von der conſecration gentzlich enthalten, vnd nit gedencken, das ein leichtfertig zeigen des brods zum heil des krancken nützlich ſey, wo das werck ſelbſt erfodert wird. Das aber ſolche nit gantz on troſt verlaſſen werden, ſollen ſie aus dem wort Gottes im glauben geſterckt, vnd darauff entbunden werden.

6. Man ſol auch hernach nit leiden das der prieſter die wort des heiligen teſtaments außlaſſe, vnd wolt gebrauchen der partikel, die er nach ſonderlichem ſegen wider die ordnung Chriſti etlich zeitlang in winckeln verſchloſſen hat gehalten. Denn gleich wie in ſacramenten kein wirckung hernach folget, wo nit die wort auch vorhanden ſein, alſo richten auch die bloſſe wort nichts aus, wo ſie nit mit der that vnd werck gehalten werden.

7. Nemo itaque ex impia superstitione eiusmodi reliquias olim consecratarum particularum ad communicandum adhibeat aut ad scandalum uspiam reponat et illis aliquem cultum exhibeat. Siquidem Christus praecepit: Accipite, edite, bibite, facite. Nunquam autem dixit: Seponite, occludite, cereis ac lampadibus colite ac deambulatum circumferte. Constat autem, quod verba testamenti simul et baptismatis ac absolutionis, quandocumque et ubicumque debite fuerint pronuntiata, plenissimam vim habent, cum actio legitima accedit.

## DE VIRTVTE ABSOLVTIONIS.

### Tit. VIII.

Potestatem clavium a Christo Christianis relictam ex evangelica veritate nemini est ignotum; sed quod illa ad paucos et eos plerumque ineptissimos fuit contracta, varios errores in ecclesia peperit: dum confessores isti potestate clavium abusi et nonnunquam participantes cum furibus et praedonibus per absolutionem indiscriminatim se remittere iactaverunt universa debita quorumvis debitoribus. Unde plerique falso persuasi contemptis iis, quos inique laeserunt, fiducia alienae absolutionis a propria salute turpiter sunt seducti.

2. Quomodo enim iniuria condonari potest ab alio, quam qui illam passus est? Quandoquidem Christus praecipit dicens: Reconciliare fratri tuo, qui habet aliquid adversum te; quo placato secure iam potest absolutus offere munus suum ad altare. Nam si duo consenserint super terram de omni re quamcumque petierint, fiet illis a patre, qui est in caelis: Matth. 18. Nec alius post talem transactionem de necessitate est requirendus, ne irritum fiat verbum Christi.

3. At si quis contra Deum deliquerit et confitetur adversum se iniustitiam suam domino: etiamsi plenissime remissae sunt iniquitates peccatorum eius, nihil prohibet insuper a sacerdote instructionem et absolutionem petere, cum propter conscientiae infirmitatem semet ipsum ex verbo Dei consolari non potest; quemadmodum in titulo de cena domini copiosius est tractatum.

7. Darumb ſol niemand aus vnglauben ſolche vbrige conſecriert partikel in derley geſtalt zum communicieren brauchen, oder zum ergernis inderthyn einſchlieſſen, vnd abgötterey damit treiben. Denn Chriſtus ſpricht. Nempt hyn, eſſet, trincket vnd thuts. Er ſpricht aber nindert. Setzts in ein winckel, ſperret feſt zu, dienet im mit kertzen vnd lampen, vnd tragts mit proceſſen vmb ſpaciern. Es iſt aber gewiß, das die wort des teſtaments, des gleichen auch der tauff vnd abſolution, allzeit vnd vberal wo ſie recht geſprochen werden, volkomliche krafft haben, ſo die ordenliche außrichtung auch darzu kümpt.

## Von krafft vnd gwalt der entbindung.

### viij.

Aus euangeliſcher warheit iſt niemanden verborgen, das die gwalt der ſchlüſſeln von Chriſto den chriſten gelaſſen iſt; Das aber die ſelbige auff wenig, vnd das meerteil vngelerten vorhyn iſt gezogen, hat mancherlei irthumb in den chriſtlichen gmeinen bracht. Darumb das ſolche beichthörer durch myßbrauch der ſchlüſſeln von dieben vnd raubern offtmals teil genomen, vnd ſich berümpt haben ſie vermögen allerley ſchuld on vnterſcheid iederman verlaſſen. Daher ſein etliche vberredt, haben andere die von in vnbillich beſchediget ſein, veracht, auff die frembd entbindung ſich verlaſſen, vnd von eignem heil ſchentlich verfurt worden.

2. Denn wie kan ein geſchehen vnbilligkeit vergeben werden von einem andern, denn der ſie erlitten hat? Darumb ſpricht auch Chriſtus. Verſün dich mit deinem bruder der etwas wider dich hat. Wo du dich mit im vereint haſt, magſtu wol dein gab auff den altar opffern. Denn wo zween vntereinander eins werden auff erden, alles was ſie bitten, ſol in widerfaren vom himliſchen vater. Mat. 18. Vnd iſt nit von nöten, das nach ſolcher vereinigung in der ſachen iemand darüber erſucht, vnd der ſpruch Chriſti vnkrefftig geacht werde.

3. So ſich aber iemand wider Gott verſündiget hat, vnd bekennt dem herrn ſein vbertrettung wider ſich ſelbſt, wiewol im ſeine ſünden darumb gentzlich vergeben ſein, nach ſol er von einem prieſter vnterrichtung vnd entbindung begern, wo er aus ſchwachem gewiſſen ſich ſelbſt mit dem wort Gottes nit kan tröſten. Wie oben im Titel von des herrn Abentmal gnůgſam angezeigt iſt.

4. Postquam autem ad abusus et errores in ecclesiis praecavendos haec admonitio potissimum edita fuit, prospiciendum similiter erit, ne conscientiarum examinandarum officium imperitis zizaniorumque seminatoribus committatur, qui per curiosam inquisitionem simplicitate vulgi abutuntur ad offendiculum: sed talibus, qui confidentes de fide explorare sciant, errantes ex verbo Dei instruant, non ignota peccata cum scandalosis circumstantiis iuventutem doceant.

5. Propterea ministri in scripturis non exercitati nec ad praedicandum idonei cautius posthac ad confessionem audiendam admittantur: praesertim quod in confessore non inferior cognitio scripturarum requiritur quam in contionatore. Contionator enim argumentum notum ac diligenter praemeditatum nemine contra disputante simpliciter proponit. Confessor autem varias et inauditas difficultates ex improviso propositas multiplicibus rationibus et scripturae testimoniis in promptu cogitur dissolvere.

## DE EXCOMMVNICATIONE.

### Tit. IX.

Quandoquidem auctoritate clavium insolentius abusi sunt quidam pastores, dum nonnunquam excludendos inconsiderate admiserunt et ex causis levissimis a communione prohibuerunt pauperes et innoxios, consultius visum est, ut in posterum nullus a communione arceatur, nisi ex causis a divo Paulo 1. Cor. 5, 6 et alibi enumeratis, sic tamen, ut huic spirituali poenae nulla poena civilis per ecclesiae ministros admisceatur, sed illa magistratui relinquatur.

2. Ut autem privata tyrannis commodius vitetur, nunquam unius antistitis arbitrio, sed plurium suffragiis excommunicari quis debet, iuxta ordinem a Christo nobis traditum Matth. 18, ut frater, qui lapsus est, non statim rapiatur ad supplicium aut excommunicationem, sed primo separatim, secundo adhibitis testibus, postremo etiam coram ecclesia admoneatur. Si ex contumacia resipiscere diutius neglexerit, per ecclesiae ministrum denuntietur excommunicatus et devitetur a ceteris tanquam

4. Weil aber dieſe ordnung am meiſten beſchriben iſt, vnchriſtliche myßbreuch vnd irthumb in der kirchen zu verhüten, ſol man auch ſorgen, das nit ſolchs ampt die gewiſſen zu tröſten, groben vnkraut ſeiern befolen werde, die durch ſorgfeltig erforſchung, armer leut einfeltigkeit zum ergernis miſbrauchen. Sonder denn, die ſie wiſſen zu erfragen von irem glauben, vnd aus dem wort Gottes von irem vnuerſtand entrichten, vnd leeren nit die iugent vnbekant ſünden mit iren ergerlichen vmbſtenden.

5. Darumb ſolche kirchendiener, die in der ſchrifft nit erfaren, auch nit döglich zum predigen ſein, ſollen hernach nit ſo leichtlich beicht zu hören verordnet werden, ſonderlich weil an einem beichthörer nit geringer erkentnis der ſchrifft erfordert wirdt, denn an einem prediger. Darumb das ein prediger on alle einſpruch vnd widerred ein bekant vnd wolbedacht materi dem volck einfeltigklich fürgeben vnd auslegen kan. Aber ein beichthörer muß ſteꝫ fertig ſein, das er allerley fürgebracht ſchwere ſachen vnd fragen mit manchfeltiger weiß vnd bewernis der ſchrifft on verzug wiß zu entrichten.

## Von chriſtlichem Bann.

### ix.

Seintemmal vorzeiten etliche Seelſorger der gwalt der ſchlüſſel mysbraucht haben, vnd etlich mal zum ſacrament vnbedacht zugelaſſen, die in der heiligen ſchrifft außgeſchloſſen ſein. Vnd darkegen arme vnſchuldige leut aus leichtfertigen vrſachen daruon verſtoſſen, iſts beſchloſſen, das hernach niemanden das ſacrament verboten werde, allein aus den vrſachen, die Paulus 1. Cor. 5. 6. vnd anderßwo erzelet. Doch ſol ſolcher geiſtlicher ſtraff kein andere weltliche meer von kirchendienern auffgelegt, ſonder die ſelbige der öberkeit verlaſſen werden.

2. Das aber eigen wüterey vnd rach fürbas verhut werde, ſol kein ſeelſorger aus eignem mutwillen, ſonder durch anderer meer eintrechtig vrteil von chriſtlicher gmeinſchafft außgeſchloſſen werden, nach der ordnung von Chriſto gelaſſen. Mat. 18. Nemlich das ein bruder der in vbertrettung gefallen iſt, nit von ſtund an geriſſen werde zur ſtraff oder zum bann. Sonder ſoll am erſten in ſonderheit, darnach vor etlichen gezeugen, zum letzten auch vor der gmein ermanet werden. So er ſich aus halſtarrigkeit nit bekeren wil, ſol er darnach

ethnicus et publicanus, donec redierit ad meliorem frugem et coram ecclesia rursus publice fuerit absolutus.

3. Cavendum igitur, ne homines per fragilitatem vel errorem semel aut iterum lapsi, insuper et obstinatius in peccatis persistentes, antequam rite sint admoniti, statim excommunicentur: ut neque per iniquam excommunicationem quaerat aliquis propriam vindictam et cumulet sibi damnationem. Nec etiam cuivis manus imponere festinet, ut posthabitis fratribus laesis ac nondum reconciliatis remittat debita debitoribus alienis et communicet peccatis illorum in suam perditionem.

4. Qui nondum perfecte reconciliaverunt eos, quos iniuria vel damno affecerunt, item qui ter et amplius sinceriter rogati et pro omnibus iniuriis satisfactionem consecuti nolunt offensam remittere fratri supplici et paenitenti, frustra absolvuntur. Quia non satisfacienti pro iniuria vel damno a se illato, similiter et non remittenti peccatum proximo nulla interim speranda est peccatorum suorum remissio. Ideoque tales a communione sunt arcendi, donec utrimque reconciliaverint aut remiserint.

5. Quoniam nonnulli aliud pro alio facientes putant, quod malorum cum bonis operibus fiat compensatio, ac ideo inique parta ad pios (ut vocant) usus dementer conferunt nec advertunt, quod bonus usus non iustificat iniuste quaesita. Proinde qui vero domino (si possunt) non restituunt aliena, quae contra bonam fidem utcumque occupaverunt, ob avaritiam, quae est idololatria per scripturam excommunicata a regno Dei et consortio Christianorum, frustra communioni sese intrudunt, quia peccatum non remittitur, nisi alienum restituatur.

6. Adulteri obstinati et manifesti scortatores etiam iudicio saeculari dispensationem consecuti, nisi a peccatis destiterint et errorem revocando confessi ac iure clavium publice fuerint absoluti, a communione prorsus sunt excludendi nec (ex praecepto Pauli) cum illis cibus sumendus: ne consentientes, conniventes et sine iusta necessitate conversantes proprias virtutes conspur-

dürch ein kirchendiener offentlich in den Bann gethan, vnd wie ein heid vnd vbeltheter vor iederman vermeidt werden, biß er ſich gebeſſert, vnd widerumb von der gmein auffgenomen vnd entbunden wirdt.

3. Darumb ſol man in dieſer ſachen fleiſſiger auffſehen, das nit iemand der aus gebrechligkeit vnd irthumb einſt oder zum andern mal gefallen iſt, auch nit der verſtockt in den ſunden beharret ehe das er vorhyn gnůgſam ermanet wirdt, on alle mittel in den bann gethan werde, Auff das man nit durch vnrechten bann eigne rach ſuche, vnd verdamm ſich ſelbſt. Das man auch nit iederman zubehend frey ſpreche, vnd aus verachtung der beleidigten, die nach nit verſönet ſein, frembde ſchuld verlaſſe, vnd frembder ſünden teilhafftig mach zu eignem verderbnis.

4. Welche ſich nit volkomlich vertragen haben mit denn, die von in beleidiget vnd beſchediget ſein. Item welche drey vnd meermal freuntlich gebeten ſein vmb vergebung, vnd iſt inn gnůg geſchehen für ſchand vnd ſchaden, doch willen ſie nach demütiger bit den myſhandel nit vergeben, werden vergeblich entbunden. Denn wer ſeinem nechſten nit gnůg wil thun für ſpot vnd ſchaden, Des gleichen auch der ſeinem nechſten nit wil vergeben, künnen auch ire ſünd nit vergeben werden. Darumb ſollen dieſe vom Abentmal des herrn außgeſchloſſen bleiben, ſo lang biß ſie gnůg thun oder vergeben.

5. Man findt auch etliche, die da meinen, es werd ir gůt thun für das böſe angenomen, vnd ein gleiches daraus werden, des halben ſie auch zu gůten wercken geben, was ſie mit vnrecht vberkomen. Vnd mercken nit, das ein gůter brauch vngerechte gůter nit gerecht kan machen. Darumb welche dem rechten herrn (wo ſie künnen) nit widergeben frembdes gůt, welches ſie mit vnchriſtlicher weiß erlangt haben, von wegen des geitz vnd gwiſſer abgötterey, die vom reich Gottes vnd gmeinſchafft der Chriſten verſtoſſen iſt, dringen ſich vmbſunſt zum ſacrament. Denn die ſund kan nit verlaſſen werden, allein frembde gůter werden widerkert.

6. Verſtockte ehebrecher vnd offemberlich hůrer (wo ſie ſchon von weltlichem recht frey ſein) allein ſie laſſen ab von den ſünden, bekennen ir irthumb, vnd werden vor der gmein durch gewalt der ſchlüſſel entbunden, ſunſt ſollen ſie vom heiligen Abentmal außgelaſſen ſein. Vnd wie Paulus leeret, ſol man auch mit ſolchen nit eſſen ꝛc. Mit das wir durch eigen verwillen, verfechten vnd vnnötig gmeinſchafft,

cent peccatis alienis et inficiantur per contagium excommunicatorum. Quia qui tangit picem, inquinabitur ab ea.

7. Publicorum criminum rei, qui privatim ac publice saepius admoniti sese non emendant, sed ad commune scandalum in peccatis contumaciter persistunt, sine publica paenitentia et absolutione in ecclesiam Dei, consortia vicinorum et collegia opificum nequaquam sunt recipiendi. Ceterum qui ex praedictis causis vel odio evangelii aut alio quovis impio praetextu compluribus annis communionem spreverunt et sese vivos ab ecclesia absciderunt, in ultima necessitate sine manifesta revocatione erroris neque communicentur neque in publico coemeterio mortui sepeliantur.

## DE SCHOLIS RESTITVENDIS.

### Tit. X.

Quemadmodum in hortorum cultu requiritur assidua plantatio arbuscularum, ut antiquis deficientibus subinde in locum succedant recentiores, sic ad conservationem religionis maiores nostri imprimis necessariam iudicaverunt institutionem iuventutis, quae ad communem rerum publicarum utilitatem educata, ecclesiae ministeriis rite praeesse possit. Ideoque publicis impensis scholas ubique constituerunt, quae hactenus iniuria turbulentissimorum temporum et neglegentia inimicorum pietatis desolatae ad nihilum paene redactae sunt.

2. Ne itaque id malum latius serpat, quatenus fieri potuit, diligenter provisum est studiosae iuventuti, ut in civitatibus iuxta numerum classium ordinarii praeceptores habeantur, qui publicis stipendiis contenti, ne quisquam pauperior excludatur, rudimenta linguarum et bonarum artium gratis tradunt, nisi quis liberos suos privatim alicui praeceptori ad spontaneam remunerationem commendare velit.

3. Visum est praeterea, ut ludi litterarii per totam Transylvaniam structura et stipendiis in debitam formam restituantur et rectores idonei illis ubique praeficiantur, qui non solum cantum in ecclesiis pro consuetudine curent, verum etiam iuventutem

vnſer leben mit frembden ſünden beflecken, vnd von ſolchen verbanten dardurch auch vergifft werden. Denn wer mit kot zuſchaffen hat, der muß beſudelt werden.

7. Welche in offemberlichen laſtern leben, vnd in ſonderheit, auch in der gmein offtmals ermanet, ſich nit willen beſſern, ſonder bleiben zu gmeinem ergernis verſtockt in iren ſünden (on offemberlich bůß vnd entbindung) ſollen von Sacramenten, gmeinſchafft der Chriſten vnd Zech rechten gantz verſtoſſen ſein. Welche aber aus obgemelten vrſachen, vnd verachtung des euangelien, oder anderm des gleichen böſem ſchein, etliche iar zum ſacrament nit ſein komen, vnd haben ſich in irem leben von der chriſtlichen kirchen halſtarrich abgeſchnitten, ſollen auch in irer letzten not (allein ſie haben ir irthumb vorhin widerrůffen) nit zugelaſſen, nach auffs gmein begrebnis nach irem tod begraben werden.

## Von auffrichten der Schulen.

I.

Gleich wie man inn gärten ſtets iunge beumel pflantzet, auff das man (wo die alten abgehen) andere an ire ſtat hab. Alſo haben auch vnſere großväter erſtlich von nöten geſchetzt, das die iugent zu gmeinem nutz erzogen, vnd der Gottesdienſt vnd chriſtlich ordnungen dadurch erhalten mögen werden. Derhalben hat man auch vberal ſchulen aus gmeinem koſten auffgericht, welche in langen vngnedigen zeiten durch nachleſſigkeit etlicher amptleut byßher ſchier gantz gefallen ſein.

2. Das aber ſolches vbel nit weiter zuneme, hat man nach zimlichem vermügen die iugent alſo verſorget, das inn Stetten nach zal der hauffen verordnet ſchulmeiſter vnd leerer gehalten, vnd die ſelbigen mit gmeiner beſoldung alſo verſorgt werden, das kein knab ſeines armuts halben von der ſchul außgeſchloſſen, ſonder on gelt daſelben mög lernen. Allein es wolt iemand ſeine kinder einem leermeiſter auff ſein gutwillig vergeltung befelen.

3. Weiter iſt beſchloſſen, das die ſchulen der Deutſchen in Sybembürgen mit gebew vnd beſoldungen in ein rechte form widerbracht, vnd fleiſſig ſchulmeiſter vberal darzu verordnet ſollen werden, die nit allein der gewonheit halben ſorg tragen auff den geſang in

in studiis artium et pietatis exerceant: ne quando patria nostra, inter medios hostes gratia Dei non incultissima, per incuriam magistratuum, ad quos hoc officium pertinet, degeneret in impiam barbariem.

4. Quoniam plerique ludirectores in pagis ultra prima rudimenta pueros instituere ac provehere non possunt, operae pretium videtur, ut postquam principia quaedam studiorum perceperunt, ex quibus apud suos emergere nequeunt, persuasione pastorum ecclesiae iuvenes feliciores ingenii mittantur in aliquam civitatem, ut ad utilitatem patriae perfectius ibidem erudiantur. De sustentatione autem ex publico pro facultate cuiusque communitatis illis prospiciatur. Ubi scholarum capacitas studiosis non sufficit, monasteria transferantur in eum usum, ad quem primo sunt instituta.

5. Ludirector a nemine contra consensum seniorum et parochi, nisi publice utilis et idoneus suscipiatur neque, si neglegens fuerit, ab aliquo privatim retineatur. Rector synergos diligentes conducat et semper attendat ac videat, qua fide quisque officium suum exsequitur. Rectori stipendium a senatu tribuatur, synergis autem et aedituo a rectore, ut utrique officiosiores habeant subditos suos.

6. Cum scholarum conservandarum et regendarum curam gerere debeant etiam parochi, rectorem tempore messis et vindemiarum a puerorum institutione ad privatos labores avellere non debent. Rector vero discipulos post supergressa elementa scribendi formam doceat. Inde utriusque linguae grammaticam, dialecticam et similes artes liberales compendiose per vices tradat nec in eodem argumento perpetuo haereat. Quoniam crambe saepius recocta nihil odiosius.

## DE CVRA PAVPERVM.

### Tit. XI.

Quoniam propheta beatum appellat eum, qui intellegit super egenum et pauperem, adiunctis multis ac maximis promissis, insuper ex deuteronomii capite 15. satis constat, quod Deus pau-

den kirchen, ſonder auch die iugent in freyen künſten vnd chriſtlicher leer auffzihen vnd vnterweiſen. Auff das nit ein mal diß vaterland, mitten vnter den feinden von Got ſo herlich begnad, durch vnfleiß der öberkeit, welche darauff zu ſorgen geſchworen iſt, zu einem heidniſchen weſen gerade.

4. Weil etliche ſchulmeiſter in dörffern ire knaben in hohen künſten nit künnen vnterweiſen nach fürderen, iſts nützlicher geſehn worden, das ſolche geſchickte knaben, nach dem ſie den erſten grund der leer entfangen haben, aus anhaltung der pfarrherrn von iren eltern in eine Stat geſchickt werden, da man ſie zu gmeinem nutz volkomlicher kan vnterrichten. Wie ſie aber erhalten mögen werden, ſol ein iede gmein nach irem vermügen ſorg tragen. Item wo die ſchulen inn Steten den ſtudenten zu klein ſein, mag man brauchen der klöſter, wie ſie auch am erſten darzu geſtifft ſein.

5. Es ſol kein vndöglicher ſchulmeiſter, on wiſſen vnd willen der öberſter vnd pfarrherrn nindert auffgenomen werden, ſolt auch von niemand, wo er vnfleiſſig befunden wurd, wider ein gemeinen nutz behalten werden. Der ſchulmeiſter ſol fleiſſig vnd getrew mithelffer dingen, vnd alle zeit auffmercken, wie ein ieder ſein ampt außricht. Der radt ſol dem ſchulmeiſter ſeine beſoldung geben, der ſchulmeiſter aber ſeinen mithelffern, auff das ſie beyde iren vnterthanen einzureden haben.

6. Nach dem die pfarrherrn auch ſchuldig ſein zu ſorgen, wie die ſchulen erhalten werden, ſol keiner den ſchulmeiſter im erend vnd weinleſen von den knaben zu eigner arbeit abreiſſen. Der ſchulmeiſter aber ſol ſeine iungen, welche nu leſen künnen, auch leeren ſchreiben. Darnach kürtzlich beiderley ſprachen Grammaticam, Dialecticam vnd dergleichen andere freye künſt nach einander fürgeben; vnd nit vber einem buch iar vnd tag bleiben, denn vbriger fleiß macht vnluſt.

## Ordnung die armen zu erhalten.

### xj.

Der prophet Dauid im viertzigſten pſalmen, heiſſet denn ein ſeligen, der ſich des armen vnd dürfftigen annimpt, ſetzt auch groß vnd viel verheiſſen darzu. Vber das wird vns im fünfften buch Moſi,

perum inopiam nostra liberalitate sublevandam praecepit, ne clament contra nos ad dominum fiatque nobis in peccatum. Nam propter istam rem (inquit Moses), quod dando dabis inopi tuo, benedicet tibi dominus Deus tuus in omni opere tuo et in cunctis, ad quae miseris manum tuam.

2. Quin etiam Christus in evangelio passim inculcat misericordiam, per quam adeo firmiter sese nobis obstrinxit, ut sine dubio talem simus ipsum experturi, quales nos gesserimus erga pauperes, quos suo loco nobis in terris reliquit. Quicquid enim boni his fecerimus, ille sibi acceptum vindicat et gloriatur et centuplum se repensurum promittit in tempore hoc et in saeculo venturo vitam aeternam.

3. Alienum igitur a professione nostra visum est, ut iuxta impiam consuetudinem homines morbo, senio aut paupertate confecti in frigore, pluvia et aestu per bivia prostrati et stipem cum gemitu emendicare cupientes inhumaniter neglegerentur, sed illis ultra consuetam aliorum pauperum in hospitalibus degentium sustentationem publice prospici debet in civitatibus, ut omnes habeant tolerabilem victum et amictum.

4. Ad hoc autem pietatis opus exsequendum eligantur providi et fideles viri partim e senatu, partim ex centumviris, qui de his omnibus, quae dominicis diebus ex liberalitate populi in ecclesiis collecta vel aliunde donata seu legata fuerint, per singulas septimanas iuxta facultates proventuum pauperibus suis necessaria distribuant et inopiae illorum fideliter succurrant, ut mutua benedictio domini veniat super populum. Quoniam faeneratur Deo, qui miseretur pauperis, et retributionem eius compensabit ei: Pro. 19.

5. Ceterum cum privatorum largitiones in tanta rerum penuria minime sufficiant, ad eam dispensationem transferri potest, quicquid inutiliter in res non necessarias olim est erogatum. Proinde non inconveniens videtur, ut proventus inutilium fraternitatum et impiarum fundationum, item stulta legata quorundam testatorum cum nonnullis vacuorum monasteriorum possessionibus ceterisque similibus ad huiusmodi sustentationem pauperum et studiosorum convertantur.

Cap. 15. angezeigt, das Gott geboten hat, die armen in irer not mit vnſer mylticheit zu erhalten, auff das ſie nit vber vns zu Gott růffen, vnd wir vns verſundigen. Denn von des wegen (ſpricht Moſes) das du von milter hand deinem armen wirſt mitreichen, wird dich Gott gebenedeyen in allen deinen wercken, vnd was du dir furnimpſt.

2. Vber das hat vns auch Chriſtus im Euangelion vberal die lieb vnd barmhertzigkeit eingebildt, durch welche er ſich vns ſo krefftig verbunden hat, das wir inn on zweifel alſo werden erfaren, wie wir vns gehalten haben kegen den armen, die er vns an ſeiner ſtat auff erden gelaſſen hat. Denn alles guts was wir inn thun, des nimpt er ſich an, vnd verheiſſets hundertfeltig zu vergelten, in dieſer zeit, vnd zukünfftig das ewig leben.

3. Darumb iſts vnſerm bekantnis nit ebenmeſſig, das nach alter gewonheit vnbarmhertziglich veracht werden kranck, alte, oder arme leut, die in kelten vnd regen in gaſſen vberal ligen, vnd mit iemerlichem klagen almuß vnd hilff begern. Sonder vber die gewonlich auffenthaltung anderer armen in den Spitalen, ſollen auch dieſe inn Stetten von der gmein verſorget werden, das ſie alle leidlich narung vnd kleidung mögen haben.

4. Solchs werck der barmhertzigkeit aus zurichten, ſollen aus dem rad vnd hundert mannen etlich fleiſſig vnd gottsförchtig menner erwelet werden, die aus dem almuß ſo an feyrtagen in den kirchen zuſamen bracht wirdt, auch anderßwoher geſchenckt oder in teſtamenten gelaſſen iſt, alle wochen den armen leuten nach irem vermügen austeilen, vnd in der notturfft getrewlich helffen, das alſo die gebenedeiung Gottes herwider vber das volck kome. Denn wer dem armen barmhertzigkeit beweiſet, der gibt Gott auff wůcher, vnd er wirdt im ſeine miltickeit vergelten. Pro. 19.

5. Wo aber ſolche ſtewr vnd freygabe des volcks in ſo groſſem mangel dazu nit gnůg wurden ſein, mag zu ſolchem außteilen auch genomen werden, was vor zeiten vnnützlich zu vnnötigen dingen verzert iſt worden. Vnd iſt nit vnbillig, das zu ſolchem auffenthalten armer leut vnd ſchuler auch gebraucht werden etliche zugeng der vnnutzen alten bruderſchafften, vnd vngöttlicher ſtifftungen. Item was vor zeiten in teſtamenten aus vnuerſtand zu ſeltzamen getichten wercken gelaſſen iſt, auch etlicher lediger klöſter erbgůt, vnd was mehr des gleichen iſt.

6. Ne autem aliquae communitates supra id quod possunt graventur, pauperes in singulis civitatibus ita providendi sunt, ut in suis territoriis manere possint nec quilibet extranei sine alia probabili necessitate ad unum aut alterun locum undique confluant: quoniam unus locus non sufficit omnibus alendis.

## DE TVTELA PVPILLORVM.

### Tit. XII.

Post provisionem pauperum proxima cura debetur pupillis, quos Deus in pluribus locis veteris testamenti diligentissime commendat magistratibus et sese illorum iudicem ac protectorem pollicetur futurum. Cum autem compertum sit, in bonis pupillorum varias iniquitates saepe numero committi, secundum aequissimam formam iuris illis duximus succurrendum, ne quis pius tutelae administrator per ignorantiam gravius impingat neve pupilli quamvis pauperes idoneis tutoribus destituantur.

2. Primum itaque sancimus, ut morientium dispositiones ac testamenta, quaecunque a senatu prius sunt cognita et legibus non repugnant, solidam vim habeant et modis omnibus impleantur. Ceterum propter errorem eorum, qui falso instigati heredibus suis absentibus aut ignorantibus inofficiosa testamenta condunt, statutum est, ut liberis, quos contra officium pietatis parentes sine iusta causa exheredant vel praeterunt, rupto testamento ius suum conservetur.

3. Praeterea ne is, qui tabulas testamenti aut inventarii apud se depositas habet, in iniuriam heredum seu legatariorum easdem dolo malo amoveat, corrumpat aut, ne quid praestare cogatur, per alios id faciendum curet: tutius est, ut unius testamenti aut inventarii binae tabulae conscribantur. Tabulas authenticas heres aut tutor ipse habeat: exemplum vero seu copiam in sacrarium aut praetorium conservandum deponat. Omnibus autem, qui desiderabunt tabulas ad se pertinentes inspicere vel describere, potestas inspiciendi describendique datur.

6. Auff das aber nit etliche gmeinen vber ir vermügen beſchwert werden, ſol man die armen deſſelbigen landts in allen Stetten alſo verſorgen, das ſie bey irem vaterland mögen bleiben, vnd nit allenthalben her an diß oder ein ander ort on groſſe vrſach zulauffen. Denn ein einige gmein vermag nit die ſelbigen alle zu erhalten.

## Vom verſorgen der Weyſlin.

### xij.

Nach verordnung eines armen kaſtens, ſol man auch ſorg tragen auff die weyſlin welche Gott an vielen orten des alten teſtaments der öberkeit fleiſſig befolen hat, vnd verheiſſen, er wölle ſelbſt ir richter vnd beſchirmer ſein. So nu aber gemerckt iſt, das mit der weyſlin gütern offtmals viel vnbilligkeit getrieben wirdt, haben wir inn durch chriſtlich rechts ordnung willen helffen, auff das kein fromer teſtamenter oder verſorger der weyſlin, durch vnuerſtand vber die gerechtigkeit greiff, das auch nit arme weyſlin getrewer verſorger beraubt werden.

2. Darumb beſtetten wir am erſten, das der verſtorbener letzter willen oder teſtament, welche von einem Rat vorhyn beſehn, vnd nit wider gmein recht gemacht ſein, ſollen volkomene krafft haben, vnd gentzlich gehalten werden. Aber von wegen etlicher, die felſchlich angehalten, in abweſen vnd vnwiſſen irer rechter erben vnbillig teſtament machen, iſt entlich beſchloſſen, das den kinderen, die on recht vrſach vngütig von iren eltern außgeſchloſſen oder außgelaſſen werden, ire recht gantz behalten, vnd ſolchs teſtament zeriſſen ſol werden.

3. Das aber nit iemand, der die teſtament brieff oder Inuentarien bey imm helt, zu ſchaden den erben, oder denn ſonſt etwas darinn gelaſſen iſt, die ſelbige argliſtigklich verwerff, zereiß, oder durch andern ſolchs laß thun, das er nur nichts dürff außgeben, iſts beſſer das eines teſtaments oder Inuentarien, allweg zween brieff geſchriben werden, Der erſt verſigelt brieff ſol bey den erben oder verſorgern bleiben, ſonder die abgeſchribne Copey ſol bey der kirchen oder im Rathauß gehalten werden. Vnd ein ieder, der da begert die brieff, ſo im zugehören, zu ſehen oder abzuſchreiben, ſol gewalt zuſehn vnd abzuſchreiben haben.

4. Bona pupillorum per ordinatos a senatu viros publice facto rerum inventario consignentur: et si quid erit in pecunia vel argento vel quod non potest vetustate perire, praedictorum annullis obsignatum reponatur et nulla occasione minuatur. In reliquis rebus mobilibus permissum est tutori vendendo, comparando pupillis proficere. Verumtamen ante factum inventarium nemo tutelam administret nec bona pupillorum in suam potestatem accipere audeat.

5. Quandoquidem tutoris praecipuum officium est, ne indefensum pupillum relinquat, minime videtur defendi, cum non fit nomine illius, quod quilibet pater familias idoneus in rebus propriis faceret. Nam a tutoribus eadem diligentia exigitur circa administrationem rerum pupillarium, quam pater familias rebus suis ex bona fide praebere debet. De omnibus ergo, quae tutor fecit, cum facere non deberet, item de his, quae non fecit, praestabit dolum et culpam et quantam in suis rebus diligentiam.

6. Quod si pupillus aetate, metu vel calliditate tutoris circumscriptus inciderit in captionem, causa cognita a iudice in integrum restituatur. Etenim cum pupillus ex nullo contractu sine tutoris auctoritate obligari possit (quoniam iuxta regulam iuris pupillus nec velle nec nolle in ea aetate creditur), nulla aequitatis ratio permittit, ut in rem suam tutor auctoritatem accommodet, quo cum alterius iniuria et detrimento fiat locupletior.

7. Officio tutoris incumbit, rationes actus sui pupillo praesentibus ordinatis magistratibus reddere, quorum iustam sententiam absque consensu et voluntate pupillorum per verecundiam aut timorem extorta ratam haberi decernimus. Nec permittendum tutori, tantum in rationibus reputare, quantum impendit, si plus quam opus fuit, inutiliter impenderit: sed ut solum id recuperet, quod praestare debuit.

8. Minime autem ferendi sunt tutores, qui pupillis bonae indolis impensas ad institutionem et necessaria studia praetextu fidelioris dispensationis denegant et fingunt sese illis integras conservaturos opes ad tempus, quo illis minus indigebunt: interim

---

34 *Im Original Druckfehler:* conservaturas.

4. Der weyſlin güter ſollen durch herren aus dem Rath verordnet in ein Inuentarien offentlich beſchrieben werden. Vnd ſo etwas vorhanden iſt von gelt, ſylber geſchmeid oder anders des gleichen, das nit mit der zeit verderben kan, ſol es von den vorbeſtimpten herrn verſigelt hingelegt, vnd aus keinerley vrſachen gemindert werden. Aber in andern beweglichen gůtern iſt ein verſorger frey mit kauffen vnd verkauffen der weyſlin nutz zuſchaffen. Doch ſol ſich niemand der ſorgen vnterſtehen, vnd der weyſlin güter in ſeine gwalt nemen, ehe das Inuentarium gantz fertig vnd geſchrieben iſt.

5. Weil das fürnemeſt ampt eines verſorgers iſt, das er die weyſlin nit vnbeſchützt laß, thut er dem ſelbigen nit gnůg, wann er in der weyſlin ſachen anderſt handelt, denn ein ieder gnůgſamer haußvater in ſeinen eignen dingen, ſonderlich das in beyden ſachen gleicher fleiß vnd trew erfodert wirdt. Darumb ſol ein verſorger von allem das er gethan hat, ſo ers nit hat ſollen thun, auch von dem das er nit hat gethan, fur den ſchaden der aus ſeinem vorteil oder verſaumnis geſchehen iſt, den weyſlin gnůg thun.

6. So ein weyſlin iugent oder forcht halben, oder durch hinderliſt ſeines verſorgers verforteilet wurd, ſol die ſach vorhyn erkant, vnd das weyſlin durch den richter in ſein vorige recht geſetzt werden. Vnd wiewol ein weyſlin on gwalt ſeines verſorgers aus keinem contract verbunden mag werden (denn der weyſlin willen oder vnwillen gilt nichts in ſolcher iugent) iſts nit billich, das ein verſorger zu ſeinem eignen nutz gewalt verley, auff das er vorteiliſch mit frembdem ſchaden reich werde.

7. Es ſtehet dem ampt eines verſorgers zu, das er den weyſlin rechenſchaff gebe in kegenwertigkeit der verordneten öberkeit, welcher gerecht vrteil krefftig gehalten ſol werden, nit angeſehen das verwillen der weyſlin durch ſcham vnd forcht aus inn gezwungen. Es ſol auch dem verſorger nit nachgelaſſen werden, das er ſo viel wolt auffrechnen, wie viel er hat außgeben, wo er vnnutzlich koſten gethan hette, ſonder ſol allein ſo viel erlangen, wie viel er hat ſollen außgeben.

8. Es ſol auch nit verhengt werden, das etliche verſorger vnter dem ſchein ires getrewen außrichten, den geſchickten weyſlin zerung zur notturfftiger zucht vnd leer verſagen, vnd fürgeben, das ſie inn ire güter gantz beyeinander behalten willen, biß auff ein andere zeit, wann ſie der ſelbigen weniger bedürffen. In mitler zeit treiben ſie mit

ipsi cum alienis bonis proprium quaestum et usuras exercent. Quapropter si qua iusta causa suspectus tutor fuerit, debet per magistratum a tutela removeri et tutela aliis bonae fidei viris commendari.

## DE CAVSIS MATRIMONIALIBVS.

### Tit. XIII.

Desponsatio, ad quam altera pars invita cogitur, similiter etiam quae clam parentibus aut iis, qui loco parentum habentur, facta fuerit (nisi intercesserit commixtio aut utraque pars postea consenserit et, quod gestum est, ratum habuerit), nullius est momenti. Qui vero per eiusmodi desponsationem matrimonia iam contraxerunt, praetextu illius minine sunt separandi.

2. Si post praemissa clandestina sponsalia altera publice celebrata fuerint, publica praeiudicent privatis. Ceterum qui post publica sponsalia celebrata rumpendorum eorum gratia alteri personae sese commiscuerit, ex sententia doctorum ecclesiasticorum pro adultero est habendus.

3. Si post bina sponsalia alterutris eorum commixtio carnalis accesserit, altera pro irritis habentur et obtinent, quibus accessit commixtio. Alioquin ex binis publicis sponsalibus posteriora prioribus cedunt. Verum improba deceptoris temeritas, qui iteratis pactis votum alterius elusit, ob talem contumeliam vigenti florenos in arcam pauperum soluere compellatur.

4. Quisquis virginem, quae prius inculpabiliter vixit, impraegnasse convictus fuerit, siquidem nuptias cum ea pactus fuisse probetur, omnino defloratam ducere cogendus est. Sin autem non probetur pepigisse aut legitimo iureiurando se id fecisse pernegaverit, iuxta morem hactenus observatum corruptam dotando et in arcam pauperum florenos . . . conferendo sese redimat aut eandem uxorem ducat. Corrupta vero ceteris ad exemplum aliquo ignominiae signo notata maneat. Si qua iterum aut saepius in stupro fuerit deprehensa, in exilium relegetur. Qui vero cum ea rem habuerit, florenos . . . in praedictum usum persolvere cogatur.

---

29. 33: *Der Raum für die Ziffer ist freigelassen.*

frembden gütern iren eignen nutz vnd wůcher. Derhalben wo ein verſorger aus gnůgſamer vrſach verdacht iſt, ſol er durch die öberkeit von dem ampt abgeſetzt, vnd die weyſlin mit iren güteren anderen getrewen leuten befolen werden.

## Von Ehelichen ſachen.

### xiij.

Gezwungen verſprechen, vnd welchs on wiſſen vnd willen der eltern, oder dern, die an ſtat der eltern ſein, geſchehen, allein es ſei die vermiſchung darzu komen, oder verwilligen ſich an beiden teilen darnach darinn, ſunſt ſol es fürbas kein krafft haben. Wo aber etliche durch ſolchs verſprechen vorhyn in die ehe ſein komen, ſollen ſie der vrſachen halben nit von einander geſcheiden werden.

2. Wo nach heimlichem verſprechen ein ander offemberlich handſchlag geſchehen iſt, ſol das offemberlich dem heimlichen vorgezogen werden. Welcher ſich aber darnach mit einer andern perſonen vermiſcht, ſein vorig verſprechen vnd handſchlag damit krafftloß zumachen, ſol nach vrteil chriſtlicher leerer für ein ehebrecher geacht werden.

3. So iemand zweyen perſonen die Ehe verſprochen hat, vnd ſich mit einer aus den ſelbigen fleiſchlich erkant, ſol das ander verſprechen nichts gelten, ſonder allein das gehalten werden, da die vermiſchung geſchehen iſt. Wo aber ſunſt zween offemberlich handſchleg geſchehen, ſol allein der erſt gehalten werden. Aber der vnfrum der ein andere freuenlich betrogen hat, ſol vmb ſolchen ſpot zweintzig gulden in den kaſten der armen verfallen ſein.

4. Welcher eine iungfraw, die vormals vnſtreflich befunden iſt, beſchwengert hat, ſo es bewert wirdt, das er ir die Ehe hat verſprochen, ſol er gezwungen werden ſie zu nemen. So es aber nit bewert wirdt, oder entbricht ſich nach ordnung des rechts mit dem eid, ſol er nach vorigem landsrecht der beſchwengerten darfür gnůg thun, vnd in den kaſten der armen, . . . . gulden verfallen ſein, oder ſie zur ehe nemen. Aber die hůre ſol gezwungen werden andern zu einem exempel ein beſonder zeichen der ſchanden zu tragen. Item ſo eine zum andern vnd meermal in ſolcher vbertrettung begriffen wirdt, ſol ſie aus dem land vertrieben, vnd der alſo mit ir zu ſchaffen hat, vmb . . . gulden zu dem vorbeſtimpten kaſten, geſtrafft werden.

5. Oppressores virginum, nisi prius per transactionem aut mediante iure ab impraegnatis cum bona conscientia fuerint liberati, nullibi locorum cum alia copulentur. Ne autem aliquis error in hoc negotio committatur, quotquot ante nuptias sese publice proclamandos offerunt in propriis personis, ea de re diligenter examinentur. Si veritatem negasse postea deprehensi fuerint, acri poena subiciantur.

6. Etsi cum iis, qui ex fragilitate semel fortuitu lapsi sunt, ex praecepto Christi primum per correptiones clementius sit agendum, attamen qui obstinata libidine contemptis legibus adulteria saepius continuasse convincuntur, quique superstite priore legitima uxore aliam scientes in matrimonium duxerunt, ubicunque deprehensi et convicti fuerint, iuxta praeceptum Dei gladio puniantur. Itidem etiam de adulterio mulierum est statuendum.

7. Consanguinitas in contrahendis matrimoniis usque ad quartum gradum est prohibita, nisi graviores causae inciderint. Si qui vero in tertio vel quarto gradu hucusque iuncti reperiantur, conscientiae eorum ob hoc non sunt onerandae, cum haec prohibitio non sit iuris divini. Gradus autem dempto stipite a filiis primum incipiunt, ita ut filius sit primus a stipite, nepos secundus, pronepos tertius et similiter de subsequentibus. Porro ficticiae prohibitiones cognationis spiritualis nullum afferre noscuntur impedimentum.

8. Consanguinei mariti cum consanguineis uxoris licite contrahunt matrimonium, siquidem consanguinei mei non sunt affines consanguineis uxoris meae. Itaque a consanguinea uxoris abstinere debeo; mei autem consanguinei abstinere debent a mea uxore, non etiam a consanguineis meae uxoris. Quare pater et filius cum matre et filia, itidem duo fratres cum duabus sororibus contrahere possunt; non enim impediuntur affinitate.

9. Praeterea ob vitandam illegitimam digamiam et incestas nuptias nulla copula nubentium fieri debet, nisi prius coram populo nominatim ambo fuerint proclamati. Publice autem coram ecclesia post completam communionem summi officii ante altare

5. Beſchemer der iungfrawen, die ſich nit vorhyn vertragen, oder mit dem recht von den beſchwengerten chriſtlich frey gemacht haben, ſollen nindert mit einer andern ehelich gekaufft werden. Das man ſich aber in den ſachen nit verirr, ſollen alle frembde vnd vnbekanten, die ſich laſſen außrůffen, in eignen perſonen fleiſſig erfraget werden. So es ſich aber darnach befindt, das ſie die warheit verſchwigen haben, ſollen ſie herticklich darumb geſtrafft werden.

6. Wie wol man mit denn, die aus gebrechligkeit am erſten gefallen ſein, nach dem gebot Gottes durch gnedige ſtraff ſol handlen. Doch welche aus gewonlicher vnkeuſcheit, vnd verachtung des rechts den ehebruch offtmals verbracht haben. Auch die bey irer vorigen ehefrawen leben, wiſlich ein andere zur ehe genomen haben, vberal wo ſie befunden vnd am recht vberwunden werden, ſollen aus dem gebot Gotes mit dem ſchwert geſtrafft werden. Desgleichen ſol auch mit denn ehebrecherinen gehandelt werden.

7. Blutfreundſchafft iſt in eheſachen biß ins vierde glid verboten, allein es weren groß vrſachen vorhanden. Wo aber etlichen im dritten oder vierdten grad in der ehe ſitzen, ſollen ire gewiſſen darumb nit beſchwert werden, weil es nit wider göttliches recht iſt. Die grad aber vnd glider werden nit an eltern, ſonder an denn kindern angefangen, alſo das der ſon oder tochter, die erſten ſeyn vom ſtammen, das enckelin der ander, das vberenckelin der dritt, vnd des gleichen mit den andern hernach. Item getichtes verbieten der geiſtlichen freundſchafft, ſol niemanden kein hindernis mehr bringen.

8. Die blutfreund des mans mögen mit den blůtfreunden der haußfrawen wol zur Ehe greiffen. Den zwiſchen meinen blutfreunden vnd meiner haußfrawen blutfreunden iſt kein ſchwagerſchafft. Derhalben kan ich meiner haußfrawen blutfreundin nit zur ehe nemen. Vnd meine blutfreund künnen meine haußfraw nit nemen, ſonder meiner haußfrawen ire blutfreund künnen ſie wol nemen. Darumb kann auch ein vater vnd ſon, mit einer muter vnd tochter, des gleichen zwen brüder mit zwen ſchweſtern ehelich werden. Denn es iſt vnter inn kein ſchwagerſchafft die ſie verhindert.

9. Auff das auch niemanden zwo lebendige haußfrawen geben werden, oder zu verbotner ehe greiff, ſol kein ehelich kauffen geſchehen, allein man hab ſie vorhyn beide mit iren namen offemberlich außgeruffen. Darnach ſollen ſie vor der gmein in der kirchen zuſamen

copulentur iuxta formam in agenda vernacula comprehensam, nisi necessitas aut aliqua iustissima causa aliud postulaverit. Postremo ne omnis occasio disciplinae prorsus tollatur, tempus quadragesimale nuptiis et conviviis nuptialibus celebrandis interdictum manere decernimus.

## DE QVIBVSDAM POLITICIS ABVSIBVS REFORMANDIS.

### Tit. XIV.

Bona ecclesiastica minime sunt vertenda in usus profanos, quia quod semel Deo dicatum est, ad usus humanos transferri non debet. Quod si qui abusus officiorum seu ministrorum hucusque fuerunt notati, iidem in melius reformentur, non autem aboleatur cultus Dei. Ubi vero proventus olim deputati ministris ecclesiae sufficiunt, de reliquo studiosi adolescentes in qualibet civitate aut sede alantur. Ne quando pauperiores propriis stipendiis ad utilitatem publicam militantes in mediis conatibus deficiant, non sine magna iactura religionis, quae absque scripturarum peritis sustentari non potest.

2. Iniquae consuetudines ac statuta opificum post receptam ecclesiasticam reformationem similiter sunt emendanda, ne propter privatos collegiorum aliorumque similium errores opprimatur praeceptum Dei neve Christiana ordinatio apud solos ministros tantum haereat in choro, verum etiam in saecularibus negotiis servetur in foro. Quid enim (inquit Christus) vocatis me: Domine domine, et non facitis, quae dico. Luc. 6.

3. Quoniam lusus inhonesti, nocturnae quoque compotationes ac vagationes ob flagitia, quae ex iis emergunt, prohibita esse debent: quisquis hospes vel tabernarius ultra tempus concessum quemquam in aedibus suis sine aliqua probabili et honesta causa servaverit vel intempestive advenientem susceperit aut se invito vi permanentem superiori suo non detulerit (quoniam omnium malorum occasio per tales hospites noctuarum subministratur), debita poena coerceri debet.

geben werden, nach der form in der deutſchen Agenden begriffen, allein es weren andere groß vrſachen vorhanden. Das aber nit alle zucht gantz verworffen werd, ſol in der faſten kein hochzeit nach hochzeitlich mal nit gehalten werden.

## Von etlicher gemeiner myßbreuch reformierung. xiiij.

Was ein mal Got zugeeignet vnd zum kirchendienſt verordnet iſt, ſol zu keinen weltlichen dingen weiter nit gebraucht werden. So aber etliche myßbreuch der ampter oder der vorigen kirchendiener bißher gemerckt ſein, ſollen die ſelbigen in ein recht form bracht, vnd der Gottes dienſt darumb nit abgebrochen werden. Wo die alte zugeng den kirchendienern gnůg ſein, ſol man aus dem vbrigen die armen ſchuler der ſtat oder des Stuls erhalten, auff das nit etlichen armuts halben, zu ſpot vnd ſchaden chriſtlichem weſen, vom ſtudiern ablaſſen. Dann on ſchrifftgelerten kan kein rechter Gottesdienſt nit erhalten werden.

2. Nach dem ein chriſtlich kirchenordnung angenomen iſt, ſollen auch zugleichen vnbillige gewonheiten vnd ſatzungen der Zechen gebeſſert werden, auff das nit durch ſonderlich irthum der Zechen oder andern dergleichen, das gebot Gotes vnterdruckt, vnd ein gmein bekantnis des waren glaubens vnd das heilig euangelion von den widerſachern geleſtert werd. Das auch ſolche chriſtlich ordnung nit allein von kirchendienern im Chor, ſonder auch in weltlichen ſachen außwendig vberal gehalten werde. Denn was heiſſet ir mich herr herr (ſpricht Chriſtus) vnd thut nit was ich euch ſage. Luc. 6.

3. Vnzimliche ſpil, nachts ſauffen, vnd gaſſen ſtertzen, von wegen der laſter die daraus entſpringen, ſollen zukünfftig verboten ſein. Darumb ſol iederman wiſſen, welcher wirt oder weinſchenck nach beſtimpter freyer zeit iemand in ſeinem hauß on gerechte bewerliche vrſach wirdt halten, oder zu im einlaſſen vnd auffnemen, auch die ſich nit laſſen außweiſen, ſeinem verordenten öberſten nit anzeigen, der ſol nach ſeinem verdienen hertiklich darumb geſtrafft werden. Denn es wirdt durch ſolche Eülenwirth, der iugent vrſach zu allem vbel gegeben.

4. Cum pauci sint domini, qui suis famulis ad praeceptum Pauli aequabilitatem praestent obliti, quod sunt consortes regni et quod habent communem dominum in caelis, loco mancipiorum eos integro anno ad labores ligant, ita ut vix diem dominicum illis ad audiendum verbum Dei indulgeant. Ex communi igitur praecepto caritatis statuendum, ut singulis angariis integra septimana catechismo tribuatur, in qua servis una hora audiendi contionem a dominis concedatur.

5. Ne quis bibliopola posthac libros inutiles et abiectos in Transylvaniam importet neve noviter advectus venum exponat, nisi per doctiores illius loci viros prius inspecti et probati fuerint. Nam cum pauci habeant delectum illorum, saepe viles pro melioribus emunt; hinc per opiniones sine certo iudicio ex his imbibitas populum inficiunt atque seducunt. Ideoque timendum, quod sicut olim librorum inopia, ita nunc semper emergentium confusa varietas et copia pietati non nihil sit nocitura.

6. Divini iuris auctoritas a nemine violanda est; nam etsi canonum, consuetudinum et multi similium rerum abusus merito sunt reiecti minime tamen cum illis omnes piae ordinationes sunt eversae. Quaecumque igitur ad potestatem clavium et censuram verbi Dei spectant, iuxta morem semper et ubique observatum bona fide cognoscantur et diiudicentur ab iis, quibus cura iuris divini commissa est. Nec saecularis magistratus contra talem iurisdictionem se intromittat; quoniam domini est hoc iudicium, non hominum.

7. Inter magistratum civilem et ecclesiasticum nulla iuris diversitas in his et similibus ordinationibus servetur, sed uno eodemque iustitiae tenore omnia ab utrisque legitime ac pie administrentur, ne quis ob flagitia ab alterutro condemnatus patrocinium iniquitatis ac refugium quaerat apud alterum, quemadmodum hactenus non sine scandalo et iniuria multorum saepius est notatum.

4. Nachdem wenig vnter den herrn geſpürt werden, die mit iren dienſtboten nach dem befel Pauli billig handlen, gedencken nit das ſie auch teilhafftig ſein des reichs Gotes, vnd haben mit vns einen gemeinen herrn im himel, ſonder zwingen ſie das gantz iar zur arbeit wie robben, das ſie auch am ſontag die predig ſelten künnen hören. Darumb ſol man aus dem gebot der lieb verbunden ſein, das alle vierteil des iars eine woche, die ſtund ſo der Catechiſmus gepredigt wirdt, den dienſtboten zu lernen frey gelaſſen ſol werden.

5. Es ſol hernach niemand keinerlei verworffen vnd vnnütze bücher in Sybembürgen bringen, ſol auch die newlich gebrachte nit verkauffen, allein ſie werden am erſten durch gelerte leut beſehen vnd rechtſchaffene befunden. Denn dieweil ſich wenig leut auff gutte bücher verſtehen, kauffen ſie meermal vnnützen, vnd laſſen die beſſern. Daher wirdt darnach das volck vergifft vnd verfurt durch die ſeltzame meinungen, welche die prediger on irgen gewiß vrteil darauß ſchepffen. Vnd iſt zu beſorgen, wie vorzeiten der mangel vnd abgang, das ietzunder alſo der groß vberfluß newer vnnutzer bücher, dem rechten glauben ſchaden werd bringen.

6. Die gewalt göttliches rechts ſol von niemand freuenlich veracht werden. Denn ſo ſchon des pebſtiſchen rechts, der gewonheiten, auch dergleichen vieler dingen myßbreuch billig verworffen ſein, hat man doch nit mit den ſelbigen alle gute ordnungen vmbgeſtoſſen. Darumb was die gewalt der ſchlüſſeln vnd vrteil des wort Gottes betrifft, ſol nach alter gewonheit getrewlich erkant vnd gericht werden von denn, welchen die ſorg götliches worts befolen iſt. Vnd ein weltlich öberkeit ſol ſich wider ſolchen rechtſpruch nit einlegen. Denn das ſelbige gericht iſt des herrn, vnd nit der menſchen.

7. Es ſol auch zwiſchen der weltlichen öberkeit vnd geiſtlichen Seelſorgern, kein vneinigkeit in dieſen vnd der gleichen ſtucken gehalten werden, ſonder beide nach gleicher anzeigung der gerechtickeit alles chriſtlich verfertigen. Auff das nit iemand vmb ſeine vbertrettung von einem richter geſtrafft, beyſtand ſeiner ſchalkeit, vnd zuflucht bey dem andern ſuche, wie offt mit groſſem ergernis, vnd vieler leut ſchaden befunden iſt.

## DE ANNVIS VISITATIONIBVS.

### Tit. XV.

Ad firmiorem ecclesiasticae reformationis observationem operae pretium erit, ut singulorum capitulorum decani quotannis semel cum uno ex fratribus et aliquibus ex civili magistratu sibi adiunctis ecclesias subditas ac dotes earum visitando conspiciant et publica contione de antichristianis erroribus et reparata catholica veritate ad universum coetum habita quicquid ibidem inordinatum tam in populo quam in ministris deprehenderint, id ipsum in debitam formam restituendo ordinent et emendent. Nec quenquam hospitum gravioribus expensis aut iniquis exactionibus onerare praesumant.

2. Principio tamen publice praemoneantur singulorum locorum ecclesiastici ac politici rectores, ut antea sint praemeditati et sciant necessitatem suam visitatoribus postea proponere. Item iudex eius communitatis, in qua iam habetur visitatio, vesperi populum per singulas domos moneat mandetque, ut postridie post pulsum in ecclesia universi compareant, sententiam et voluntatem visitatorum audituri.

3. Eodem die visitatores privatim inquirant de statu singulorum officiorum et populi, quomodo videlicet se gerant in omnibus et quid ab illis amplius desideretur, ut sequenti die in aedibus parochi concorditer omnia revideantur atque componantur. Ac si alicubi praeter haec generalia necessarium aliquid emendationeque dignum inciderit, per publicam contionem coram populo ex auctoritate scripturarum cum ceteris abusibus in melius reparetur.

4. Visitatores ex officio diligenter provideant, ut ecclesiarum pastores et ministri suis officiis rite fungantur, ut authenticis ac probatis libris ad institutionem populi utantur, ut denuo reformentur officia ludi rectorum, ipsi vero idoneis habitationibus et iustis stipendiis provideantur, ut aequa privilegia studiosorum, similiter et asylorum pro iis, qui fortuitu lapsi sunt, ubique conserventur inviolata. Civilium quoque officiorum errores et,

## Von ierlicher Viſitation.

xv.

Zu beſtendiger erhaltung einer chriſtlichen kirchenordnung, iſt von nöten, das die Dechent in einem ieden Capitel alle iar ein mal, mit einem aus den pfarrherrn, vnd etlichen aus dem Rat der nechſten ſtat, alle ire zugehörende kirchen vnd gmeine heimſuchen vnd beſehen. Daſelben ein gemeine predig zu thun wider das vorig groß irthumb darein wir ſein gelegen, vnd vom erkantnis des warhafftigen glaubens vns gnedigklich verlawen. Darnach was ſie ſtreflich finden am volck oder an kirchendienern ſollen ſie in ein recht ordnung bringen vnd beſſern. Darüber keinen wirt mit vbrigem koſten oder vnbilligen geltſtraffen beſchweren.

2. Am erſten ſollen in der gmein ermanet werden alle geiſtliche vnd weltliche öberſten eines ieglichen orts, auff das ſie vorhyn darauff bedacht ſeyen, vnd wiſſen ire notturfft vnd abgang den Viſitirern darnach anzuzeigen. Es ſol auch der richter des orts da nu die Viſitatio geſchicht, am abent das volck vberal warnen vnd gebieten, das ſie auff den andern tag nach dem lauten der glocken, in der kirchen alle miteinander erſcheinen, daſelben die meinung vnd befelen der Viſitierer zu verhören.

3. An dem ſelbigen erſten tag ſollen die Viſitierer in ſonderheit fleiſſig erforſchen den ſtanden aller ſo in ampten ſein, auch des gemeinen volcks, nemlich wie ſie ſich in allen dingen halten, vnd was ſie noch darüber begern, auff das alles am andern tag auff dem Pfarrhoff eintrechtigklich beſehen vnd gelegt werd. Wo aber indert vber diſe gmeine artikel etwas nötiges zuſtraffen vnd zubeſſern wurd zukomen, ſol daſſelbig offentlich in der predig aus grund der ſchrifft mit andern vnleidlichen myßbreuchen in eine rechte ordnung bracht werden.

4. Es ſollen auch die Viſitierer fleiſſig vorſehen, das die pfarrherrn vnd andere kirchendiener irer ampter recht außwarten, das ſie bewerte vnd angenomene bücher zu vnterrichtung des volcks brauchen. Das auch der ſchulmeiſter ampte auff ein newes reformiert, vnd ſie mit bequemen wonungen vnd beſoldungen vberal verſorgt werden. Item das gerechte priuilegien der ſtudenten, auch freythum für die armen die ſich zufellig vergriffen haben, vnuerruckt werden gehalten,

si quae sunt in populo dissensiones et iniuriae, pacifice corrigantur et e medio funditus tollantur.

5. Praeterea explorare debebunt, qua forma contionantes utantur in docendo, qui ritus in caerimoniis apud singulos observentur, qualiter sacramenta baptismatis et cenae domini administrentur, qua forma quibusque verbis infantes in necessitate baptisentur, quomodo communicentur infirmi, quibus exsequiis sepeliontur defuncti. Prospiciendum denique, ut inventaria ecclesiarum atque parochiarum ubique conscripta et in sacrario aut simili tutiore loco deposita conserventur.

6. Committendum insuper, ut in qualibet ecclesia parochiali biblia Latina et Germanica, postilla quoque, quam auctor domesticam inscripsit, cum catechismo et similibus necessariis libris in lingua vernacula habeantur et cotidie ex illis aliqua lectio ad utilitatem populi aut, si auditores desint, ad laudem et honorem Dei pro populo legatur.

7. Cetera quae obiter incident et praesentibus scriptis non sunt comprehensa, doctorum atque piorum visitatorum fidei ac diligentiae committantur exsequenda; qui opportune curabunt, ut praemissa prius apud populum sufficienti instructione omnia scandala (ut sacella deserta et inutilia, arae quoque cathedralium ecclesiarum supervacuae cum simulacris et picturis fabulosis, ciboria cum suis monstrantiis ceterisque similibus) pacifice aboleantur.

## DE OFFICIO MATVTINO.

### Tit. XVI.

In divinis officiis peragendis huiusmodi ritus in civitatibus observatur. Diebus festis post primum pulsum sub aurora litaniae vernaculae principio canuntur. Post secundum pulsum mox subiungitur officium matutinum, in quo post versiculum Deus in adiutorium, tres ex ordine psalmi una cum antiphona canuntur. In sollemnioribus autem festis tres antiphonae cum suis psalmis usitatis retinentur. Inde versiculus cum precatione lectionibusque propheticis et suis responsoriis, quae secundum tempora incidunt. Quibus finitis sequitur antiphona Gloria tibi trinitas,

Das alle irthumb der amptleut, zwitracht vnd vnrecht ſachen zwiſchen dem volck, zu frieden geſtelt, vnd endlich nidergelegt werden.

5. Vber das ſollen ſie auch erforſchen, wie die predicanten ire leer dem volck fürtragen. Welche ordnung in cerimonien vnd kirchengeſang vberal gehalten werden. Wie die heilige ſacrament, der tauff vnd des herrn abentmals gereicht vnd gehandelt werden. Wie die kindlein in der not getaufft, die krancken bericht vnd communiciert, vnd die toden begraben werden. Darüber ſol man verlaſſen, das aller kirchen vnd Pfarrn Inuentaria vberal beſchrieben, vnd an ſichern orten gehalten werden.

6. Es ſol auch ernſtlich befolen werden, das man in allen kirchen halte, lateiniſche vnd deutſche Biblien, Ein hauspoſtill. D. Martini Luther, mit dem Catechiſmo in predig weiſe beſchrieben, vnd andern notwendigen deutſchen büchern. Vnd alle tag etwas daraus zu nutz dem volck, oder wo niemand vorhanden iſt, an ſtat des volcks Gott zu lob vnd danck geleſen werde.

7. Was aber ſunſt on gfer zufallen wirdt, vnd in dieſem ſchreiben nit iſt begriffen, ſollen gelerte vnd gotsförchtig Viſitierer, wie inn befolen iſt, trewlich vnd fleiſſig außrichten, vnd nach dem das volck am erſten gnůgſam darvon vnterricht iſt, ſorg tragen, das ſie mit fug vnd friden alle vnchriſtlich ergernis hinweg thun, als da ſein, wüſte vnd vnnütze Capellen, vbrig altar in den pfarrkirchen, geſchnitzt vnd gemalte fabeln, Ciborien mit den monſtrantzen, vnd dergleichen andern getichten dingen.

## Von der Metten vnd Früampt.

### xvj.

Mit den göttlichen ampten wirdts in Steten alſo gehalten. An feyrtagen nach dem erſten lauten, wird die deutſch Litaney geſungen. Bald nach dem andern lauten hebt man die Metten an in ſolcher ordnung. Zum erſten Deus in adiutorium. darnach drey pſalmi, wie ſie nach einander komen, mit der Antiphen. Aber in hohen feſten helt man drey Antiphen mit iren gewonlichen pſalmen. Darnach folget der Verſikel mit ſeinem gebet, vnd Lection aus der heiligen ſchrifft, vnd Reſponſorien, wie ſie nach der zeit komen. Nach dem ſinget man Gloria tibi trinitas, mit dem Quicunque vult ſaluus eſſe. Item Herr

cum symbolo Athanasii Quicumque vult etc. His succedit Te Deum laudamus German[icum], in mioribus festis etiam Latinum. Si secutura est contio, praemittitur Veni sancte spiritus; sin minus, adiungitur collecta cum Benedicamus domino.

2. Hoc officio peracto plerumque habetur contio ad populum, antecedente aliqua vernacula cantione de natali aut de resurrectione Christi, suis videlicet temporibus. Per reliquum vero spatium anni de sancto spiritu aut iuxta rationem temporis qualibet alia. Finita contione similiter aliquid de tempore vel pro pace aut, si libuerit, aliquis psalmus cantabitur a populo. Hoc idem et in aliis contionibus est servandum.

3. Ceteris diebus per septimanam post pulsum ante auroram primum locum tenet contio pro institutione iuventutis, cuius initio praemittitur et post finem adiungitur aliquis psalmus aut similis pia cantio vulgaris. His peractis post secundum pulsum inchoatur primum officium cum versiculo Deus in adiutorium, inde tres vel interdum prolixiores duo psalmi, qui post alios prius decantatos in ordine per successionem occurrunt, ad unam antiphonam matutinalem de tempore cotidie decantantur. Postremo sequitur versiculus cum responsorio illius temporis, adiuncta collecta et Benedicamus domino.

4. Post absolutum hoc officium statim e suggestu publice praelegitur ex ordine capitulum veteris aut novi testamenti cum summaria et brevi interpretatione, cui similiter praemittitur atque subiungitur aliquis psalmus Germanicus, qui publice canitur a populo. Haec igitur est forma huius sacri officii per totum annum.

## DE SVMMO OFFICIO.

### Tit. XVII.

Summum officium, in quo administratur cena domini (reiecto canone et superstitiosis quibusdam gesticulationibus), hoc modo peragitur. Dominicis diebus pro abrogato circuitu ante introitum canitur germanicum canticum Zachariae, Benedictus do[minus], litaniae Tempore paschali, Salve festa dies. Aliis diebus festis haec

28 *Im Original Druckfehler:* XVI.
30 quibusdam: —.
32—33 dominus... litaniae: do.

Gott dich loben wir. An groſſen feſten, Te deum laudamus. So die predig drauff folgt, ſingt man Veni ſancte ſpiritus. Wo nit, ſo wirdts mit der Collecten vnd Benedicamus beſchloſſen.

2. Nach dieſem ampt helt man gemeinklich in Steten die erſte predig; vor welcher allzeit etwas geſungen wirdt. als Der tag der iſt ſo freudenreich, oder Chriſt iſt erſtanden, oder vom heiligen geiſt, oder ſonſt ein pſalmen, wie es die zeit des iars bringt. Nach der predig ſingt man abermals etwas nach der ſelbigen zeit, oder vmb frieden, vnd desgleichen was man wil. Daſſelbig ſol auch in allen anderen predigen gehalten werden.

3. Die andere tag vber in der wochen nach dem erſten lauten, wird ſtets die früpredig für die iugent gehalten, vor welcher am anfang, vnd darnach am ende auch pſalmen oder andere chriſtlich geſeng in der gmein geſungen werden. Weiter nach dem andern lauten ſingt man das früampt alſo. Am erſten, Deus in adiutorium. Darnach drey oder zwen lange pſalmen, wie ſie in der ordnung nacheinander komen, mit einem Antiphen von der ſelbigen kegenwertigen zeit. Zum letzten der Verſikel mit dem Reſponſorio, darzu die Collect vnd Benedicamus.

4. Nach dem ſelbigen früampt, wird widerumb geprediget oder nach der ordnung geleſen ein Capitel aus dem alten oder newen teſtament, mit kurtzer außlegung. Darzu werden auch pſalmen oder andere geſeng am anfang vnd am ende in der gmein geſungen. Solche ordnung wird in diſem ampte das gantz iar vber gehalten.

## Von dem Hohen ampt.

xvij.

Das ampt der Meß vnd des heiligen Abentmals (außgenomen den Canon vnd andere getichte gauckelwerck) wirdt alſo gehalten. Am Sontag an ſtat des abgelegten vmbgangs, ſingt man den lobgeſang Zacharie, Gelobet ſey der Herr. Zu Oſtern, das Salue feſta dies. An andern feirtagen hebt man die Meß an mit dem Introitu nach

praetermittimus, initium missae sumentes ab introitu De tempore aut alio simili, si non repugnet scripturae. Post hunc more consueto canitur Kyrie cum suo cantico adiuncto.

2. Inde post collectam epistola versus populum legitur lingua vernacula; qua finita canitur aliqua sequentia de tempore, ut Post natalem Christi, Grates nunc omnes. Tempore quadragesimae aliquis tractus iuxta seriem temporis ordinatus aut Domine non secundum. Post pascha Victimae paschali, praecedente Alleluia. Aliis vero temporibus cantentur aliae similes piae cantiones Latinae vel Germanicae. Evangelium pariter lingua vulgari legitur versus populum. Deinde canit ecclesia symbolum fidei Germanicum aut, si quando libeat, etiam Latinum. Post symbolum immediate sequitur Dominus vobiscum cum reliqua praefatione et suo cantico, videlicet Sanctus.

3. Post haec minister conversus ad populum primo dominicam orationem vernacula lingua, mox verba consecrationis ex libro super panem et vinum (per vices utrumque tenens in manibus) clarissima voce pronuntiat. Post consecrationem chorus incipit Agnus Dei. Inde Iesus Christus, nostra salus, et similes cantiones, quas usque ad finem communionis continuat. Hinc additur Dominus vobiscum, collecta et Benedicamus domino. Quae omnia cum benedictione populi in nomine sanctae trinitatis concluduntur. Prandio peracto dominicis diebus rursus habetur contio, praevia et sequente aliqua cantione vulgari.

4. Ubi vero tempore consueto defuerint communicantes, nullum officium missae celebratur, sed loco illius primum canitur psalmus Germanicus; hinc post collectam additur aliqua pia sequentia vel tractus vel alius similis cantus incidentis temporis. Post quem minister nostro idiomate legit ad populum caput novi testamenti, quod occurit in ordine ab evangelio Matthaei incipiendo usque ad finem apocalypseos iterumque per succesionem continuando, nisi quod tempore quadragesimae epistola et evangelium cuiuslibet diei similiter lingua nostra leguntur. Finita lectione canitur symbolum fidei cum versiculo et collecta de sancta trinitate. Huic adduntur reliqua suffragia pro rege, pro remissione peccatorum et pro pace cum suis versiculis et col-

10 pariter: quoque.
33 lingua nostra: —.

der zeit, oder deſſelbigen gleichen. Darnach folgt das Kyrie, vnd Et in terra.

2. Weiter nach der Collecten lieſet man die deutſche Epiſtel kegen dem volck. Darnach ſingt man ein Sequentz von der ſelbigen zeit, als zu Weinachten, Grates nunc omnes. In der faſten, ein Tract nach der zeit, oder Domine non ſecundum. Nach Oſtern, Victime paſchali, mit dem Alleluia. Aber die andere zeit vber, ſinget man dergleichen chriſtliche geſeng lateiniſch oder deutſch. Das euangelion liſet man auch deutſch kegen dem volck. Darnach ſinget man inn der gemein Wir gleuben, oder das lateiniſch Credo. Weiter folgt Dominus vobiſcum mit der Prefation vnd Sanctus.

3. Nach dem allen, kert ſich der prieſter zum volck, vnd ſpricht am erſten mit klaren worten das Vater vnſer, bald darauff die wort der Conſecration vber das brod vnd wein, welche er auch darzu nach einander in den henden helt. Nach der conſecration hebt man an das Agnus Dei. Item Jeſus Chriſtus vnſer heiland, vnd was man des gleichen meer wil ſingen, biß das volck gantz bericht wirdt. Darnach Dominus vobiſcum, Collect vnd Benedicamus. Welches alles mit dem ſegen im namen der heiligen dreyfeltikeit beſchloſſen wirdt. Nach dem eſſen thut man widerumb eine predig mit iren geſengen.

4. Wo aber zu dieſem ampt keine communicanten vorhanden ſein, wird keine Meß nit gehalten, ſonder an ſtat ſingt man zum erſten einen deutſchen pſalmen, darauff die Collect, meer ein chriſtliche Sequentz oder Tract, oder was die zeit mit bringt. Darnach wird geleſen vom anfang des newen Teſtaments biß zum ende nach der ordnung allweg ein deutſch Capitel. Allein das man in der faſten die deutſch Epiſteln vnd Euangelien behelt, wie ſie nach den tagen verordnet ſein. Nach der lection deſſelbigen Capitels ſingt man, Wir gleuben all, mit dem Verſikel vnd Collecten von der heiligen dreifeltigkeit. Darnach folgen auch die andere Suffragia, nemlich für den König. Vmb vergebung der ſunden, vnd vmb frieden, mit iren Verſikeln vnd Collecten. Welches auch mit dem Benedicamus vnd ſegen

lectis. Quae similiter cum Benedicamus domino et benedictione populi finiuntur. Hoc quoque officium semper eodem ordine per totum annum servatur.

## DE VESPERTINO OFFICIO.

### Tit. XVIII.

In officio vespertino nihil prorsus a veteri ritu est mutatum. Nam post consueta initia vesperarum antiphonae, psalmi et hymni per dies totius septimanae ordinati semper canuntur, adiunctis aut per ferias (ut mos est) interdum omissis responsoriis. Ceterum temporibus natalis domini, paschatis, ascensionis, pentecostes et primis ac secundis vesperis quorundam aliorum festorum antiphonae cum psalmis suis consuetis retinentur. Nisi quod quintus psalmus ad aedificationem praesentis populi plerumque canitur lingua vernacula. Tempore autem paschali idem quintus psalmus In exitu iuxta morem priscorum Latine canitur. Hymnos praeterquam de tempore nullos admittimus. His additur versiculus et Magnificat cum sua antiphona. Postremo sequitur collecta et Benedicamus domino.

2. Hic ordo sacri vespertini per totum annum hoc modo servatur. Antiphonas autem et versiculos ac responsoria de temporibus anni quilibet ex antiphonariis facile potest inquirere, sic tamen, ut nullae impiae cantiones de sanctis aut exsequiae pro mortuis aliudve simile admisceatur, quod non habet fundamentum in sacra scriptura, quemadmodum habent quaedam historiae de apostolis.

3. Tempore quadragesimali post officium vesperarum aut completorii finitum nudus textus catechismi, id est decem praecepta, symbolum apostolicum, oratio dominica cum verbis sacri baptismatis ac cenae domini ad ediscendum iuventuti proponantur, una quidem et eadem formula, ne frequens mutatio verborum iuniores ab ediscendo remoretur; quibus adicietur aliqua cantio pueris idonea. Hanc iuventutis institutionem fidi pastores ecclesiarum in pagis eodem tempore nequaquam praetermittere debent.

---

1 similiter: pariter.
12 Nisi quod: —.
18 domino: —,

des volcks beſchloſſen wirdt. An ſolcher ordnung diſes Ampts wird auch das gantz iar vber nichts anders gewandelt.

## Vom Veſper ampt.

xviij.

Im Veſper ampt iſt gar nichts verendert. Denn nach dem gewonlichen anfang werden allzeit geſungen Antiphen, Pſalmi vnd Hymni nach den tagen verordnet, mit denn Reſponſorien, wie ſie gehalten, oder an wercktagen außgelaſſen werden. Aber zu Weinachten, Oſtern, Himelfart, Pfingſten, vnd in der erſten vnd andern veſper etlicher andern feyrtagen, werden die antiphen mit irem eignen Pſalmen behalten. Der funfft pſalmen wird meermals zu leer des gemeinen volcks deutſch geſungen, allein nach Oſtern, In exitu iſrael, welchen wir nach alter gewonheit behalten. Die hymnos helt man auch nach der zeit, vnd keine andern. Darnach folget der Verſikel, Magnificat mit ſeinem Antiphen. Zum letzten die Collect vnd Benedicamus.

2. Solche ordnung der Veſper wird das gantz iar vber alſo gehalten. Was aber weiter betrifft die Antiphen, Verſikel, Reſponſoria, nach der zeit des Jars, kan ein ieder leichtlich in den Antiphonarien wol ſuchen, doch allweg außgeſchloſſen das heidniſch anrůffen der creaturen, vnd gepreng für die todten, oder was mehr keinen grund in der heiligen ſchrifft hat, wie denn etliche hiſtorien vonn Apoſteln daraus gezogen ſein.

3. In der faſten, bald nach der Veſper oder Completen, ſol vberal der iugent fürgeleſen werden der bloſſe text des Catechiſmi vnd chriſtlicher heubtſtuck, nemlich die zehen gebot, der glaube, das Vater vnſer, mit den worten der Tauffe, vnd des heiligen Abentmals. Das ſelbig aber ſol ſtets mit einerley worten geſchehen, auff das die kinder leichtlicher vnd gewiſſer alles mögen lernen. Darauff mag man auch dem iungen volck zu leer etwas ſingen. Solche vnterrichtung der iugent ſollen getrewe Seelſorger in den dörffern zu der ſelbigen zeit auch nit außlaſſen.

4. Haec itaque sunt officia, quae in civitatibus uniformiter sunt recepta et a nemine sine iusta causa mutari aut omitti debent; nam et si quis meliora noverit, sciat, quod Deus non acceptat discordiam et schismata nec magnopere curat novas auctoritates.

## DE RITV CAERIMONIARVM IN PAGIS.
## Tit. XIX.

Supradictus ordo matutini officii diebus festis etiam in pagis potest servari, nisi cum paucitas scholasticorum cogit interdum aliquid omitti aut ex aliqua probabili necessitate variari. In officio quoque missae, cum peragitur communio cenae domini, nihil uspiam ab hac praescripta forma debet novari, sed eadem cum civitatibus semper et ubique similiter erit observanda: nisi quantum ad ordinem publicae contionis attinet, quae immediate post symbolum adhibetur cum cantiuncula sequente. Itidem et in sacro vespertino, quod in pagis tantum diebus festis et profestis celebratur, ab insituto veterum non est recedendum.

2. Quod si penuria scholasticorum obstiterit (nam huiusmodi necessitati non possunt certae leges praescribi), nequaquam ideo a sacris officiis est cessandum, sed hora vesperarum psalmi vulgares canantur a populo. Minister vero lectionem aliquam ex veteri aut novo testamento ad utilitatem auditorum praelegat, quae similiter concludatur cum eiusmodi quopiam cantico.

3. In ceteris officiis per septimanam talis ordo in pagis observabitur. Summo diluculo hora populo commoda et consueta statim post pulsum cantabitur a choro psalmus unus aut alter Latine, secundum ordinem supra demonstratum; hinc sequetur responsorium et psalmus Germanicus; post quem vice contionis adiungatur lectio catechismi aut alterius utilis argumenti, in cuius fine rursus aliqua vulgaris cantiuncula.

4. In summo autem feriarum officio, quando nulla communio celebratur, initium fit ab aliquo cantu Germanico, quem sequitur lectio novi testamenti ad populum. Inde symbolum fidei cum

---

3—5 nam . . . auctoritates: ne contra Christianae professionis unitatem relinquatur occasio scandalorum, quibus apud Deum nihil abominabilius.

10 aliqua: —.

4. Das ſein nu die göttliche ampte, wie ſie in Steten eintrechtigklich ſein auffgenomen, vnd von niemand on gnůgſam vrſach gewandelt oder außgelaſſen ſollen werden, auff das man nit wider die einigkeit chriſtliches bekantnis, vrſach gebe zu mancherley ergernis, welche von Gott gantz vnd gar verſtoſſen ſein.

## Von Cerimonien in Dörffern.

### xix.

Vorbeſtimpte ordnung der Metten mag an feirtagen auch in Dörffern gehalten werden, allein wo gnůgſam hilff abgieng, oder andere not vorhanden were. Des gleichen auch in dem ampt der Meß, ſo das heilig Abentmal gehalten wirdt, ſol nindert etwas newes auffbracht, ſonder die vorgeſchribne ordnung allweg vnd vberal zu gleich mit den Steten gehalten werden. Allein was die gmein predig betrifft, welche in dörffern nach dem Glaube folgt mit irem gſang. Alſo auch in Veſpern, welche allein an feyrabenten vnd feyrtagen in dörffern geſungen werden, ſol man von voriger ordnung nit abweichen.

2. Wo aber mangel der diener verhindert, das man ſolcher ordnung nit gentzlich kan nachkomen, ſol man darumb von kirchen ampten nit ablaſſen, ſonder die ſtund der Veſper ſinge man in der gmein deutſche Pſalmen. Darnach leſe der prieſter zu nutz dem volck etwas aus dem alten oder newen teſtament, welches auch mit einem chriſtlichen Pſalmen beſchloſſen werd.

3. In andern ampten ſol die wochen vber ſolche ordnung in dörffern gehalten werden. Morgens frü, die ſtund ſo dem volck füglich vnd gewonlich iſt, bald nach dem lauten, mag ein pſalmen oder zween nach einander (wie vorgemelt iſt) lateiniſch geſungen werden, Darnach das Reſponſorium vnd ein deutſcher pſalm. Bald darauff an ſtat der predig ein Lection aus dem Catechiſmo, oder anders desgleichen, mit einem deutſchen geſang beſchloſſen.

4. Im hohen ampt, da kein Abentmal gehalten wirdt, ſingt man am erſten einen deutſchen pſalm, nach dem folgt die Lection aus dem newen teſtament kegen dem volck. Weiter Wir gleuben all, mit

supradictis suffragiis, collectis et Benedicamus domino. Si quis scrupulus restabit, diligens ac fidelis pastor in civitatibus instructionem requirat. In omnibus autem pagis, ubi hactenus duo officia fuerunt servata, deinceps quoque per septimanam serventur; nec cuiuslibet vanae causae praetextu quicquam de cultu Dei detrahi aut mutilari permittatur, ubi nulla evidens necessitas cogit.

5. Post funus ad sepulturam conductum praeter aliquam de morte aut similem admonitionem ad populum nullae caerimoniae amplius adhibentur. *Oblationes enim pro defunctis cum* ceteris impiis nundinationibus explosae sunt e templis. Similiter et omnes diversarum creaturarum superstitiosae consecrationes, exorcismi reliquaque opera gentilis idololatriae observationumque Iudaicarum in futurum penitus maneant sepulta.

Hortamur itaque omnes, quorum usibus haec ordinatio scripta est, ut neglectis obtrectationibus hypocritarum causam verae religionis diligentius perpendant: timeant Deum et dent illi honorem, quoniam in foribus est hora iudicii eius, quo synagogam murmuratorum, cupidam redire ad ollas carnium Aegypti, exterminabit et computrescere faciet in deserto et conservabit pusillum gregem ovium suarum, quas gloriose introducet in requiem suam: eo quod crediderunt verbis eius, et in viis eius manserunt nec iverunt post inventiones hominum sicut patres eorum, qui obduraverunt corda sua et causam suam impiam pertinaciter iustificaverunt Deoque novos cultus contra praeceptum eius ausi sunt violenter obstrudere, quos ille non respicit neque curat, qui se dixit frustra coli mandatis hominum exigitque, ut ipsum solum toto corde diligamus. Qui autem illum diligit, sermonem eius servabit, et quisquis sermonem eius servaverit, mortem non videbit in aeternum: Ioan. 8. Quem vero puduerit sermonum eius in generatione ista adultera et peccatrice, etiam filius hominis confundet eum, cum venerit in gloria

---

16 neglectis: neglectis aliorum.

16—17 hypocritarum ... perpendant: —.

18—26 quoniam ... violenter: nec metu crucis a via eius deflectant post inventiones hypocritarum, qui Deo novos cultus contra praeceptum eius non verentur.

28 toto corde: sine adulterino affectu.

den andern beſtimpten Suffragien, Collecten vnd Benedicamus. Wo etwas allhie nit gnugſam angezeigt iſt, mag ein fleiſſig vnd getrewer ſeelſorger in Steten weiter vnterrichtung ſuchen. Item in allen dörffern, da vormals zwei kirchenampter gehalten ſein worden, ſollen ſie auch zukünfftig die wochen vber teglich gehalten werden, vnd ſol keiner eitel vrſachen halben vom Gottesdienſt etwas abgebrochen werden, wo kein bewerlich not vorhanden iſt.

5. Nach dem die leich zum begrebnis bracht wird, außgenomen ein troſtliche ermanung zum volck, ſonſt ſol man keine cerimonien mehr nit brauchen. Denn die ſeelampt für die todten, vnd andere der gleichen handel, ſein aus den chriſtlichen kirchen verſtoſſen. Es ſol auch kein vnnutz weihen vnd beſchweren der creaturen, auch kein ander heidniſch abgötterey oder iüdiſch gepreng von iemand geſchehen, ſonder zukünfftig alles begraben bleiben.

Zum letzten ermanen wir alle gotts liebhaber, den ſolche ordnung beſchriben iſt, das ſie allein Gott förchten, vnd geben im die ehr, vnd laſſen ſich etlicher menſchen leſtern vnd verfolgung von ſeinem weg nit abwenden auff getichte meinungen der heuchler, welche ſich vnterſtehen Gott dem herren wider ſeine gebot newe dienſt auffzubringen, die er nit anſihet nach von iemand erfodert, denn er ſpricht ſelbſt, man diene imm vergebens mit menſchen geboten. Darumb wil er, das wir inn allein vngeticht von gantzem hertzen ſollen lieben. Wer in aber liebet, der wirdt ſeine wort halten, vnd wer ſeine wort helt, der wirdt den tod nit ſehen ewigklich, wie Chriſtus ſpricht. Joan. 8. Wer ſich aber ſeiner wort ſchempt vnter dieſem ehebrecheriſchen vnd ſundigen geſchlecht, des wird ſich auch des menſchen ſon ſchemen, wenn er komen wird in der herligkeit ſeines vaters mit den heiligen engeln. Mar. 8. Es kan nu weiter niemand kein außrede haben ſeines vnuerſtandts, das er den willen ſeines herrn nit het künnen wiſſen, viel weniger, der den ſelbigen nit hat willen wiſſen, oder hat in wol gewüſt, vnd doch halſtarrig darwider gehandelt. Vermaledeiet ſein (wie der prophet Dauid ſpricht) die da abweichen von dem gebot

patris sui cum angelis sanctis: Marc. 8. Nulla post haec excusatio ignorantiae restabit servo, qui nesciverit voluntatem domini sui, multo minus ei, qui illam scire noluerit aut cognitam facere contumaciter recusaverit. Satis hactenus propter infirmos seu potius incredulos est cunctatum; quod si nunc quoque toties admoniti in incredulitate sua iacere perseveraverint, obstinata infirmitas eorum ulterius non fuit exspectanda, cum nulla humana constitutio quenquam obliget sub poena aeternae damnationis. Maledicti vero, qui declinant a mandatis Dei: quoniam ipse mandavit mandata sua custodiri nimis. Si quis illa servare ac resipiscere neglexerit, sanguis eius sit super eum.

8 satis ... damnationis: —.
9 vero: —.

**FINIS.**

Gottes, den er hat geboten, das man ſeine gebot ernſtlich ſol halten. So aber iemand die ſelbigen nit wil halten vnd ſich bekeren, wird die ſchuld ſeines verderbnis auff im ſelbſt bleiben.

Ende.

Gedruckt zu Cron in Sybembürgen.
M. D. XLVII.



*Titel- und Schlussvignette der Agende.*